

IOANNIS CORASII⁴⁶¹

TOLOSATIS IVRISCONSULTI

IN TITVLVM H. DE SENA
TORIBVS. COMMEN
TARII.



AD CLARISSIMOS IVRISCON

SULTOS ANTONIVM SOLERIVM, ET

ARNALDVM FERRERIVM,

SENATORES DO-

CTISSIMOS.



LVGDVNI

APVD VINCENTIVM DE POR
TONARIIS, DE TRIDINO.

M. D. XLVI.


RR

Iusta cau-
sa excu-
sat.



ANTONIO SOLE RIO, ET ARNALDO FERRERIO

IVRISCONSULTIS CLARISSIMIS ET
SENATORIBVS DOCTISSIMIS,
IOANNES CORASIVS
S. P. D.



NON possum, ita me CHRISTVS amet, vos tacitos praeterire Senato-
res ornatissimi, quin coniunctissima inter nos amicitia, quam ego
quoad anima superero meae sanctissime colam, memor & sim, & vi-
deri velim. Nam & ipse mihi testis sum optimus, quam me valde di-
ligatis, quaeque me benevolentia complectamini. Itaque ne vlla ex par-
te meus quis sit, quisque haecenus in vos fuerit animus cuiquam ob-
scure esse possit, hoc publico munusculo testatum volui, quod
nos animo tam ardenti vobis consecramus, ut ardentiore non possimus. Suscipite
igitur quod candido, liberalique offertur animo hunc meum De Senatoribus libel-
lum, quem ad vos viros omni laude praestantissimos, & iuris scientissimos mitto: ut
meae erga vos benevolentiae, & obseruantiae pignus perpetuum, certissimumque re-
stimonium existat. Valete, & me quod facitis, diligite: quando & ipse vos plu-
rimum diligo. Valentiae Allobrogum.

Senatores
primi.

Patritij.

Conscripti.

Pedarij.

Per discesio-
nem.

IN TITVLVM ff. DE SENATORIBVS.
IOANNIS

463

CORASII TOLOSA

TIS IVRIS CONSVLTI

in titulum ff. de Senato-
ribus. **Commen-
tarij.**

Rubrica de Senatoribus.

- 1 Senatores à Romulo creati.
- 2 Patricij.
- 3 Conscripti.
- 4 Pedarij.
- 5 Senatusconsultum.
- 6 Senatorum authoritas & officium.
- 7 Senatusconsulta tacita.
- 8 Senatus ubi haberetur, & quando.
- 9 Centumvirale iudicium.
- 10 Centumviri.
- 11 Parisiensis Senatus.
- 12 Tolosanus Senatus.
- 13 Senator nomen ordinis.
- 14 Praefectus uigilum non est magistratus.

Senatores
primi.



ENATORES ¶ centū nu-
mero Romulum creasse,
Liu⁹ in j. scribit: patresq̄
ab honore, et patricios eo-
rum progenies, & senato-
res ob etatem, appellatos
esse. Allegit in senatū a-
lios centum patres, Tarquinius Priscus: q̄
deinde minorū gētiū appellati sunt. Post
Reges exterminatos, Cōsules Cēsores ve
quos atate graues, spectataq̄ probitatis
videbant, Senatui tanquā grauissimō, san-
ctissimōq̄ concilio, adscribebāt. Triplicis
ordinis porrō Senatores fuisse legimus:
alij enim Patricij, alij Conscripti, alij Peda-
rij, nuncupati sunt. Patricij ¶ dicti sunt, qui
ex centum illis primoribus patribus, à Ro-
mulo lectis, oriundi erāt. Qui verò in de-
cedentium locū suffecti in senatū, Consul-
lum, Cenforum ve decreto, adsciti erant:
Conscripti ¶ appellati fuere. Nec tolerabi-
lis est Accur. & aliorū error, existimātium
eos cōscriptos vocatos, quòd haberēt eo-
rum nomina scripta in diadematis. Pedarij
¶ erant, qui non voce suffragabant, sed in
aliorum sententiā pedibus ibāt: quod tum
contingebat, cum senatusconsultū per di-
scensionē fiebat. Hi enim locū in quo sena-
tum ingressi cōfederant deserētes, ad loca
eorum quorū sententiā adhærebant, acce-
debant. Gell. tamen in alia fuit sentētia, vt
Senatores q̄ honoribus functi essent, q̄q̄
Curules gesserāt magistratus, Curuli sella
in senatum, & curiam ueherētur: qui verò

Patricij. 2

Conscripti. 3

Pedarij. 4

Per discesio-
nem.

non gessissent, pedibus in curiā irent, ideo
Pedarios nūcupatos. Vnde & pedaria sen-
tētia apud Laberium, cuius Aul. Gel. lib.
Noct. Attic. iij. c. xvij. meminit.

Caput sine lingua, Pedaria sententia est.

- 5 Planè ius ¶ quod à Senatu constituebāt,
proprio nomine Senatuscōsultū dictū est.
l. ij. §. difficile. ff. de orig. iur. Quod duplici-
ter fiebat, aut per sentētiās singulorū, cōte-
ctosq̄ in urnas calculos: vt cum grauiā, &
ardua imminēbāt, tūc enim singuli suo lo-
co rogati sententiā dicebāt. Aut per disces-
sionē, vt cum de negotio nō multi momē-
ti, Senatus habebāt: tūc enim cū principes
senatus, sentētiās dixerāt, cæteri qui in suf-
fragiū ituri erāt, ad eius ex primoribus par-
tem, cuius sententiā erāt p̄baturi, discede-
bāt. Tāta ¶ autē fuit Senatorū authoritas,
vt nihil nisi eorū decreto, in administrāda
Repub. gerendoq̄ imperio, ab ipso etiam
Cæsare cōstitui posset. Quorum officiū e-
rat, & libera potestas, de omnibus rebus
7 decernēdi. Cæteri ¶ decernebant ab ipsis
nōnulla, quæ palā enūtiare nō licebat: vn-
de ijs decernendis, neq̄ scribæ, neq̄ serui
publici, intererāt, ne cōicatio cōsiliij foret,
sed in arcano cōsilio decreta seruabantur,
quæ tacita senatuscōsulta dicta sunt: quæ
qualia sint, & quare sic appellata, exponit
bellissimè Iul. Capitol. in trib⁹ Gordianis.
Alia verò quæ tacita non erāt, in concione
quæ pro vestibulo curiæ obuersabāt, pu-
blicè audi poterāt, vnde & illic plerūq̄ reci-
tabant. ¶ Et quia Senatus haberi nō pote-
rat, nisi in loco Augusto, & sacro, & vbi
Deorum templa essent: ad cōsultandum,
Senatores in loco profano non conue-
niebant. Sed nec ante diem, aut post occa-
sum, factum senatusconsultum ratū erat.
9 Nomine ¶ Centumviralis iudicij, acceperūt
Senatores. Accur. & cæteri in l. fi. C. de pe-
tit. hered. sed errant toto cœlo, quādoqui-
dem Senatores à Cētumuiris, longè lateq̄
distent. Hi quippe iudicant. l. Titia. ff. de
inof. testa. & bellissimè Cicc. in j. de Orat.
& Sueton. in Vespasiano tradunt. Illi Rē-
publicam curant. De Cētumuiris, Festus
10 Pompeius sic habet. Centumviralia ¶ iudi-
cia, à Centumuiris dicta sunt: nam cum es-
sent Romæ trigintaquinq̄ tribus, quæ &
Curiæ dictæ sunt, terni ex singulis tribu-
bus sunt electi, ad iudicandum, qui Cen-
tumviri appellati sunt, licet quinque plu-
res quàm centum essent, quo facilius no-
minarentur. Constat autem ex bonis au-
thoribus, vnū ex prætoribus, huic Cētūui-
rali iudicio præfuisse. Ad Cētūuirorū simi-

Pedaria sen-
tentia.

Senatuscon-
sultum.

Per discesio-
nem.

Senatus au-
thoritas &
potestas.

Senatuscon-
sulta tacita.

Centumvira-
le iudicium.

Centumviri.

Senatorū in-
stitutio apud
Gallos.

Parisiensis
Senatus.

Senator no-
men ordinis. 13

Contra Salo-
mo.

litudinē instituti sunt senatores in Gallia, qui litibus (quarum series, pernitiōsaq; cōtinuatio, maiorem in modū hac nostra aetate excreuit,) iudicandis praessent. Fuit primum à Pipino Senatus in Francia institutus, sedem propriā nec certum locum habens, quo fieret conuentus. Verū tandem Lutetia Parisiorū, quae vrbs est Galliae celeberrima locum accepit. Deinde non multo post tempore, idē Tolosatibus concessum est, institutūq; in vrbe Tolosa (patria nostra charissima,) quod vocant Parlamentū, si Tolosates hoc esse putarent: vt & Bud. eleganter annotauit. Hic qui curiosi sunt anxie quærūt, cur inscriptus non sit hic titulus, de off. Senat. vt & sequētes, de off. conf. de off. praef. praet. de off. praetor. & sic de similibus. Respondet Salom. vir bene doctus: Senatoris nomen ordinis esse & dignitatis, nō autē magistratus: nam nec à Pomp. Iurisconf. in l. ij. §. deinde quia difficile. & seq. inter magistratus annumeratur, idcirco nō de officio Senatorum inscriptum est, cum propriē & significanter officium referatur ad magistratum. Doctra sanē ratio, sed quae tamen per omnia, non nobis faciat satis: siquidem ille ipse Pompo. in d. l. ij. §. & haec omnia. 14 praefectum t̄ vigilum negauerit, Magistratum esse, cum tamen eiusdem potestatem enarraturi, Iurisconf. titulum de offi. praef. vigil. inscripserint. Mihi res isthac, hoc est anxia cura collocationis, subordinationis, & inscriptionis titulorum, nec est, nec vnquā fuit sollicitudini. Quin eos qui hac fatigatione delectant, tam inaniter laborare semper existimaui, atq; si aquam in mortarium infusam pistillo ferreo tunderēt: cū nec ad hanc rem attēderint legislatores, quod vel ex eo probatur, quod in hoc lib. de off. assessor. in C. de assessor. praescriptus sit titulus. Ioan. Coras. Tolosae, die xij. April. 1543.

L. CONSULARI.

- 1 Consularis uir.
- 2 Praefectorius.
- 3 Consularis foemina.
- 4 Consulares legati.
- 5 Prouinciae consulares.
- 6 Viae consulares.
- 7 Testi masculo magis credendum.
- 8 Foemina mutabilis.
- 9 Mulierum fides suspecta.
- 10 Reo quando magis fauendum.
- 11 Testibus affirmantibus potius stari quam mille negantibus.
- 12 Praesentatus à masculo praefertur.
- 13 Foemina habet ius patronatus.
- 14 Dignitas ad postereros non ad superiores transit.
- 15 Regina quae dicatur.

- 16 Magistri sermiorum.
- 17 Contra Bud. opinio.
- 18 Scrimia tria principi.
- 19 Loquentis persona an comprehendatur.
- 20 Explicata l. Paulus. ff. de pigno.
- 21 Opiniones singulares an sequenda.

PRAEMITTE pro euidētia, consularē t̄ virū eum dici, qui consul aliquando fuit. l. ij. §. si. ff. de recep. arb. Et praefectoriū t̄ appellari, qui praefecturam gessit. Vt autem consularis vir dicitur, qui aliquādo in consulatus dignitate fuit: ita consularis foemina, t̄ ab Vlpia. hic vocatur, consularis viri vxor. Quāquam & illud non nos fugit, cōsulatu dignū interdum consularē appellatum. Cic. lib. x. epist. ad Plancum. Complures, inquit, in perturbatione Reipub. consules dicti, quorū nemo consularis habitus, nisi qui animo extiterit in Remp. cōsulari. Et pro Milone, Tribunum virtute consularē dixit. Consulares t̄ item legatos, apud Liuium dici legimus eos, qui cōsulari potestate, exercitiis quādoq; praeficiebant. Sunt & consulares t̄ prouinciae, hoc est curae, nō parui negotij, consulibus demandatae: nam & erāt minores, cum minimi negotij, puta colles, syluāq; decernebantur. Etenim olim syluarum & collium iniungebatur cura, ne fabricandis & compingēdis nauibus, materia vnquā deesset: ad quem morem respexisse Virg. in Bucolicis est verisimile, cum dixit.

Si canimus Syluas, Syluae sint consule dignae.

Ad haec in Caesare Traquillus, ab optima tibus datā scribit operā, vt prouinciae futuris consulibus, minimi negotij, id est syluae collesq; decernerentur. Meminit & Vlp. consulariū t̄ viarum, hoc est publicarū. l. ij. §. viarum. ff. ne quid in loc. publ. Sed ad rem ipsam docet hoc loco Vlpia. eum qui consulatum gessit, anteposendū esse vxori illius, qui in eadē causa honoris est. Cui foemina vir praeterea praefectorius, hoc est qui in praefectura dignitate aliquādo fuit, praefertur: quādoquidē maior sit sine cōtrouersia dignitas, in sexu virili, vt ita velit iurisconsultus, marē adeo foemina dignior, vt ille non modò paris, sed inferioris quoq; ordinis, et dignitatis, foemine praesit. IN sexu virili) Non videtur admodū probabilis haec ratio, siquidem ea attēta dicendum sit, virum quemcunq; nulla dignitate, nulloq; honore fulgentē, consulari foeminae praeferendū: cum absolute dicat hic Iurisconsultus maiorem dignitatem esse, in sexu virili. Ad hoc aduertit nemo, tametsi diffic

Consularis
uir.
Praefectorius.

Consularis
foemina.

Consulares
legati.

Consulares
prouinciae.

Consulares
viae.

Sensus l.

Nota cōsid.

Testi masculo magis creditur.

Cont. Barbat.

Actori an Reo potius fauendum.

Testibus affirmantibus quam negantibus credendum.

Nova cōsid.

Testi masculo magis creditur.

Cont. Barbat.

Actori an Reo potius fauendum.

Testibus affirmantibus quam negantibus credendum.

difficile. Tu sic habe ex germano Vlpiani sensu. Praefectorium virum praeferi foeminae Cōsulari: eo quod licet dignitas cōsularis, pculdubio maior sit praefectoria: quia tamē praefectorius habet eā dignitatem ex se, & ex sua psona, foemina verò ex persona alterius, nempe mariti, maior hac ratione ab Vlp. dicitur dignitas praefectoria, in sexu virili, quā consularis in foemineo. l. si Auguste. ff. de le. ij. Planē colligunt hinc Albe. & pleriq; omnes scriptores, tam hic quā alibi sapē. Testi t̄ masculo magis quā foemine credendū. Cū tamen tex. noster, id nullo modo probet: qui tamen si dicat, maiorem dignitatem esse in sexu virili, non tamen tradit maiorem esse in eo fidem. Verum tamen est pronuntiatū: quando dixerit summus pōtifex: Variū t̄ & mutabile testimonium, foeminam semper producere. c. forus. de ver. sig. quam sententiā mirifice iuvat Vlp. responsum in l. fi. ff. de fi. instr. Si, inquit, de tabulis testamenti deponendis agatur, & dubitetur cui eas deponi oportet, semper seniore iuniori: & amplioris honoris inferiori: & marem foemina: & ingenuum libertino preferemus. Quibus verbis euidenter demonstratur, legē existimare plus fidei in masculo, quā in foemina esse. Nec mihi placet, quod Barba. aut alius quisquis ille fuit qui addit. cōscripsit ad Panor. in c. forus. tradidit: specia liter eo casu quo masculi p̄ actore, & mulieres pro reo deponūt, mulieribus quā maribus potius credēdū. Cū enim t̄ mulierū fides suspecta sit. c. mulierē. xxxij. q. v. Vnde lepidus Bernar. versus cirūferat.

Quid leuius fumo: flamen: quid flamine uentus.

Quid uento: mulier: Quid muliere: nihil.

Virorū autem fides spectata sit & probata: nō video cur mulieribus etiam pro reo deponentibus, potius sit credendū. Et qd Barb. induxit, reo t̄ potius fauēdū quā actori. l. Arrianus. ff. de act. & obli. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. triuiale est, & hāc recipit interpretationē vt obtineat, vbi partium iura sunt in ambiguo, atq; etiam in equilibrio: vt ita satis defendi possit, quod in primis Barbat. mouit, licet receptum sit t̄ duobus testibus affirmantibus potius strari, quā mille negantibus. Accurs. in l. diē proferre. §. si plures. ff. de rece. arb. & duobus clericis, magis quā duobus laicis: quod digniores sint clerici. c. duo sunt genera. xxj. q. j. credendum tamē magis duobus testibus laicis, deponentibus ad rei defensionem negando, quā totidem clericis, deponentibus contra eundem affirmā

do. Glos. in c. clerici. lxxxj. dist. etenim tūc, par est quo ad fidem omnium qualitas, & conditio: cū neq; laici, neq; clerici, suspecta sit fides, quare in reum vt propēiores simus ipsa etiam natura mouemur. Deinde est argumento hic text. secundum Bal. & Fulgo. quod si laicus patronus ecclesiae mortuus est, relictis filio & filia, & episcopo alter per masculum, alter per foeminā, praesentatur: t̄ debet episcopus instituere eum quem filius praesentauit. Et ita pro expedito habeat t̄ ius patronatus foeminae vt masculo cōpetere posse, ex dotatione, constructione, aut dotatione propria, vel maiorū: eiusmodi namq; personis, legis pontificiae iura patronatus concesserunt. c. qm̄. c. nobis. de iur. pat. c. filijs. xvj. q. vij. Et comitissam quādā Flandrēsem, habuisse ius patronatus, refert summus pōtifex in c. fi. de cōces. preb. qui tamen si loquat in foemina in dignitate cōstituta, non tamē ad eam restringitur: sed idem in quacūq; muliere, dicēdū est, quotidieq; seruari But. et Imo. in d. c. fi. referunt. Quantū verò ad Bal. & Fulg. decisionem attinet, eam non puto veram, si (vt existimandū est,) praesentatus a filia, sit aequē idoneus. Sed eo casu crediderim, cū iura paria sunt, gratificatiōi esse locum, atq; ita episcopum optionē habere, instituendū quem vult. c. cū autē. de iur. patro. l. fi. ff. de relig. l. iij. §. si cū omnes. ff. ad Syllania. Quod si maiora essent aliqua ex parte merita clerici, a filia praesentati, eum deberet praefere instituens. l. generaliter. §. quis ergo. ff. de fideic. libert. perquam consultus ita ex facto respondi. Maior dubitatio mea quidem sententia est, cū ad mulierem ius patronatus ratione villae quam habet, spectat: quam villam marito in dotem dedit, & in praesentando maritus & vxor concurrunt, vtrius enim causa potior sit, non satis exploratum habent Canonista. Crebrior tamen sententia eorundem in c. fi. de conces. preb. est, vt praesentatus ab vxore praeferatur: sicut & alibi Ioann. Andr. in c. ex eo. de elec. in vj. docuit, vt si praesente vnus per pupillū, alius p̄ tutorem, a pupillo praesentatus anteferatur: quod & D. de Rot. decis. ccccxxij. in no. tradiderunt.

VNQVAM receptū) Hinc Accur. Bar. & reliqui colligūt, dignitatē t̄ descēdere, nō item ascendere: neq; enim transit dignitas filiorum ad parentes, vt ad posteros, splen descunt tamen vxores, & fulgent honore mariti, vt hic, & l. foemina. Vnde Bald. hic tradit, vxorē t̄ regis, reginā esse: matrem

R R 3 autem

Questio de iure patronatus.

Ex duobus praesentatis uter praesentatur.

Vno a marito altero ab uxore praesentato.

Dignitas an traseat ad superiores.

autem regis, nō nisi defunctus maritus rex fuisset. Transit tamen quandoq; ad parentes, speciali & singulari priuilegio quodā, dignitatis fauor. l. in sacris. ij. de proxi. sacro scrin. lib. xij. C. vbi sicut militantes in sacris scrinijs, coram magistro duntaxat officiorum sunt conueniendi. l. penul. de silentiar. eo. lib. ita etiam parentes, atq; vxores eorum, necnon liberi siue ciuilitate, siue criminaliter conueniantur, ad iudiciū magistrī officiorum sunt vocandi. Magistri

Magistri 16
scriniorum.

Contra Bud. 17

† autem scriniorum principis, vt obiter ad moneam, dicuntur qui libellos principis custodiunt: quibus hodie Budæus intelligi posse tradit eos quos Requestarum magistrōs vocamus: quod † vix est vt recipiā, cum horum officium & munus sit, vt cognoscant, iudicent, & sententiā ferant, de supplicibus libellis. Illorū verō custodire memorias epistolarum, libellorū, ac dispositionū. l. in scrinijs. l. iubemus. & l. hac parte. de proxi. sac. scri. Tres † siquidem erāt camera, seu tria scrinia Imperatori, Epistolarum, quæ ei, vel ab eo mittebatur: quod & Accur. in rub. illi^o tit. hodie fieri docet Bononiæ. Libellorum conuenientium. l. si. illius tit. & Dispositionum, vt est registrū. l. matriculam. de agent. in reb. lib. xij. Est & vnus casus, quo filij dignitas, ad solam matrem transit: in consule scilicet, qui vxori copulatus nō est, matrem tamen habet, quæ filio volente, spargere pecuniam ad instar vxoris poterit. §. hæc itaq; de cōsulib. col. iij. Addimus nos tertium casum in parentibus decurionum, quibus vt decurionibus ipsis cōcessum est, ne in metallum damnentur, furcæ subijciantur, aut vi ui exuratur. l. moris. §. parentes. ff. de pœ.

Colligunt præterea Bar. et alij, ex vltimis verbis l. nostræ, in generali † sermōe, personā loquentis non contineri: sed inaduerter, & inconsideratē multū, ne dicā ineptē, cum hic Vlp. loquat, non Saturnin^o. Quare ex alio loco, petenda est vulgaris hæc regula, nempe ex l. inquisitio. C. de solut. Cui tamē opponitur ab interpretibus † l. Paul^o. §. si. ff. de pig. Si, inquit Iul. Paul. sciente, & consentiente domino, seruus vt omnia bona domini pignori obligata essent, conuenit: ipsum quoq; qui cauit, obligatū pignoris iure. Qui tex. mirum in modum doctores cruciat. Sed mihi non videtur, tantam controuersiam exigere: quandoquidem ibi, non videatur seruus loqui, sed dominus, de cuius voluntate, & mandato, seruus verba illa enuntiauit.

Hæc autem ad vulgatā illā quæstionem

inducuntur, de eo qui promisit alium adiuuare, contra quancunq; personam: nemo nanq; dixerit, eum videri promisisse, aduersus seipsum, cum & conuicta personæ exceptæ intelligerentur, contra quas nullum opem promisisse, credibile est. l. j. C. quæ res pig. obli. pos. l. obligatione. ff. de pign.

Postremò Bal. hic arguit cōtra peregrinas, † & singulares opin, quas in iudicādo sequi non debemus: dicens ad eā rem hūc text. esse expressum. Idē Rom. cōf. clxxxix. col. iij. & Ias. in l. ij. col. iij. ff. de iureiur. Cæterum mihi videt hūc tex. nihil facere, cum non ppter ea Saturnini opinio explosa sit, quod noua esset: sed quia nulla ratione suffulta, atq; ita nō recepta, neq; ipse si iudex essem, in communes sententiās ita iurarē, vt si mihi singularis opinio verior videret, non eam potius sequerer, adiutus Imp. cōsilio in l. j. §. sed neq; C. de vete. iur. enucl. qui vetat nominatim, ne ex authorū multitudinē, quod verius & æquius est, iudicemus. In dubio tamen quod omnes crebri^o opinantur, sequendum est. l. vnic. vbi posui. ff. de offic. quæst. Ioan. Coras. Tolosæ, die xij. Aprilis. 1543.

L. CASSVIS.

- 1 Mouere Senatu.
- 2 Censuram summa potestas.
- 3 Notæ Censuram.
- 4 Lex Iulia Repetundarum.
- 5 Calphurnius Piso.
- 6 Restitutio honori, quo pacto fiat.
- 7 Infamis non est testis.
- 8 Infamia facti.
- 9 Infamis fides suspecta.
- 10 Iudex ob delictum mouendus.
- 11 Negligentes in officio grauiter puniendi.
- 12 No. opinio.
- 13 Restitutus ad honores iudicat.
- 14 Motus officio, quando ad illud aspiret.
- 15 Officio priuatus, an aliud habere possit.
- 16 Noua opinio.

HIC præmittendū est in primis, ob delictū quemcūq; iudicē priuari officio posse. Vnde et Senatores † senatu mouentur: hoc est ē Senatorū ordine efficiunt: quod olim à Censoribus † fiebat, qui etiā ordinibus omnib^o ignominia notas inurere poterāt. Senatores † quippe Senatu mouebant. Equites multabant equo publico. Plebeios in certum tabulas referebant, vt Aerarij fierent. Sciendum præterea, quoniā Marcellus loquitur hic de lege † Iulia repetundarum, subaudi pecuniarum: ea lege teneri eum, qui cum magistratum, officium, aut aliquod munus publicum habens, pecuniam ad facien

Promittens
alium adiuuare
contra
omnes.

Calphurnius
Piso Frugi.

Cōtra singu
lares opinio
nes.

Sensus l.

Restitutio.

Infamis quā
do testis esse
possit.

Heretici te
stes sunt.

Infamis infa
mia facti.

Mouere Sen
natu.
Censurā po
testas.

Lex Iulia
Repetun
darum.

Dignitas
quādo ad ma
trem transit.

Persona lo
quentis quā
do excepta.

Explicata l.
Paulus.

faciendum, aut non faciendum quid, ex officio acceperit. l. j. l. iij. l. vel ex quo. l. lex Iulia. ff. ad l. Iul. Repetūda. Quam legem L. Calphurnius † Piso Frugi, Tribun⁹ plebis primus tulit, & promulgauit. Fuit autem is Piso, qui Calphurniorum familiam illustrauit, qui quod in omni re cōmodus, utilis foret, & fructuosus, Frugi est cognominatus.

Calphurnius
Piso Frugi.

Sensus l.

Vult autem hic Marcellus, Titium Senatu motum propter turpitudinem puta propter delictum, nec iudicare, nec testimonium dicere posse, nisi restitutus fuerit.

Restitutio. 6

A contrario innuens, quod si honori † restitutus esset, posset omnia facere, quae antequam senatu moueretur fecisset. l. j. §. eū qui. ff. de postul. l. j. C. de sent. pas. Restitutione enim omnia pristina iura recepit. §. cum antea. quib. mod. ius pat. potest. sol. Restitui autem oportet eum à Principe, alioqui remotus de dignitate, ad illam redire nequit. l. placet in fi. C. de episcop. & clericis. l. si aliquid. de suscept. praeposit. & arca. libr. x. C. & l. iudices. C. de dignit. libro xij.

Infamis quā
do testis esse
possit.

TESTIMONIUM dicere) Hinc collige à Senatu motum, vt infamem, nec iudicem, nec testem esse posse: sic & in l. eadem. §. j. ff. ad l. Iul. Repetūd. Ex quo & illud ge-

7

nerale colligunt scriptores, infamem † testem esse non posse. Quae omnium illatio hinc non probatur, cum non propter solā infamiam, motum à Senatu prohibeat hic Marcellus testimonium dicere: sed quia qui mouetur Senatu, dānatur publico iudicio, quo damnatus testis esse nō potest. l. iij. §. lege. ff. de testib. Nec verum videtur, ob solam infamiam, quem dicere testimonium prohiberi, cum & Heretici, infamiam sustineāt. l. j. C. de summa trinit. qui tamen testes esse possunt. l. quoniam. C. de hāret. Solet tamen in hac quaestione ita distinguī, vt infamis infamia † facti, hoc est is cuius opinio apud bonos & graues viros notata est, & grauata, sustinetq; hominum opinione infamiae notā. l. ij. ff. de obseq. à libert. patro. praestand. vt accusatus aut denūtiatus de aliquo crimine. c. omnipotēs. de accusat. aut publicē apud p̄bos viros, de turpitudine vitae diffamatus, in causa criminali, in qua testes luce meridiana clariores esse oportet. l. fi. C. de prob. testis esse nequeat. c. testimonium. de testib. Ceterum in ciuilibus negotijs, cum & hāreticus ipse hoc possit. d. l. quoniam. infamis † infamia facti, testimonium dicere poterit: quamquam de eius fide, plurimum

Heretici testes sunt.

Infamis infamia facti.

9

quamquam de eius fide, plurimum

detrahať. Accurs. in l. iij. §. duae. ff. de carb. edict. in subsidium tamen, quandoq; eidē fides adhibebitur, vt illic Barto. docet, sed tūc, inquit, cum tormentis. l. serui. & l. ob carmen. §. si ea. ff. de testib. §. si verò ignoti. de testib. coll. vij.

Causa tamē ciuilis tam grauis, & ardua esse potest, vt ea comparari, hac in re criminali possit: in qua ideo infames huiusmodi, etiam plurimi, non probent. ca. licet causam. §. ad reprobādum. de probat. quē in eam rem nominatim citat Bald. in c. ad nostram illo tit. vt non temerē responderit Alexan. consi. clij. vol. v. in causa matrimonij, quae grauis & ardua est. c. j. de cōsang. & affinita. c. fi. de procurat. in vj. infames infamia facti nō admitti. Quod si infamis sit infamia iuris, vt quia damnat⁹ furti, vel publico iudicio, nec in criminali nec in ciuili negotio, testimonium dicere poterit, nisi cum alia probatio, ad eruendam veritatem non esset: tuncq; sine terminis, testimonio eius nō crederetur. l. serui. l. ob carmen. §. si ea. ff. de testib. vel si reus laesa maiestatis diuinā, aut humanā, accusaretur. l. in quaestionibus. vbi Bar. & ceteri. ff. ad l. Iul. maiest. c. in fidei fauorē. de hāret. in vj.

Postremò ex hoc textu, doctores post Alber. colligunt, iudicem † in officio delinquentem remouendum esse: quae res dubitationem non habet. l. iij. §. miles. ff. de his qui not. infa. cum Imperator ipse, qui Endemoni respondit, se mūdi dominum esse. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact. à Papa propter delictū deponi possit. ca. ad apostolica. de re iud. in vj. Vbi Innoc. iij. Fredericū Imperatorem deposuit. Et Zachariam Pontificem Romanum, Regem Francorum deposuisse, Pipinumq; Caroli Imperatoris patrem, in eius locum substituisse legimus. ca. alius. xv. q. vj. Sed & quod amplius est, Gregorium Papam, ab Henrico Imperatore exauthoratū refert. Glos. in ca. In nomine domini. xxij. dist.

Nunquid autem iudex † propter negligentia, ab officio remoueri possit. Alber. hic existimat quod non: alijq; plures sequuntur, docentes eidem dandum coadiutorem. c. fi. §. quod si abbas. de stat. monacho. c. grandi. de supplend. negligent. pralato. vbi regi Lusitaniae (quam nunc Portugalia dicimus) improuido, remisso, & negligenti, datus fuit coadiutor, Comes Boloñ. eiusdem regis frater: vel expectandum esse tempus Syndicatus, quo desidia sua & negligentia, poenas debitas luat. l. j. C. vt om. iud. l. iij. l. nullus & l. si post de-

RR 4 positam.

Infamis infamia iuris.

Iudex delinquens remouendus.

Princeps ob delictum deponitur.

Iudex negligēs an remoueri possit.

Portugalia.

positam. C. de assessorib. §. oportet. & §. necessit. vt iud. sine quoq. in qua sententia fuit Bal. in l. mācipia. C. de ser. fugit. Ego
 No. opinio. 12 † verò non video, cur si tāta sit negligentia, vt ea dānosa valde, & pernitiōsa Reipublica sit, non debeat ipse iudex remoueri. l. si quos. C. de offic. præfec. præter. oriēt. Qui tex. euidenter monstrat, nō esse dandū coadiutorē, sed remoto iudice negligente, eius vice aliū subrogandū. Nec placet item mihi quòd syndicus hora, expectari debeat: siquidē melius sit in tēpore occurrere, quā post exceptum vulnus, medelam querere. l. j. C. quand. lic. se sine iud. vindic. Et generaliter in tutore, procuratore, & alio administratore, traditum est, vt propter negligentia, remoueri possit. l. eum qui. C. de pcurat. Quod in prælato ecclesie præsertim obrinet, qui si negligens & remissus fuerit, non solū ab officio deponendus est, sed & alio modo castigandus. c. cum ad monasteriū. §. si. de stat. monach. c. dictum. lxxxj. dist. Quod vbiq. Glos. declarat, si magna est negligentia. l. magna. ff. de verb. sig. Et verum est: neq. enim propter leuē aliquam negligentia, vel prælatum, vel iudicem remouendū esse, existimarē. Glos. in c. ea quæ. de offi. Archidia. Vnde durū mihi semper visum est pronūtiatū Bal. in l. j. §. si. ff. de offi. præfec. vrb. tradētis q. si iudex videt aliquos inter se rixātes, neq. interponit se, vt sedet rixam, ob id potest ab officio remoueri.

Ad hæc quia traditum est hac lege, iudicem † ab officio remotū, & deinde restitutum, iudicare posse: quòd Princeps restituendo honoribus, ordini suo, & cæteris omnibus restituat. l. j. C. de sent. pas. Dixerit quispiā hoc absurdū videri, cum depositus ab officio, ad illud nunquā redeat. l. placet in fi. C. de episco. & cler. l. si aliquid de suscept. præposit. & arc. lib. x. C. Vnde alibi Imp. Iudices, inquit, qui se furtis, & sceleribus, fuerint maculasse cōuicti, ablati codicillorū insignibus, & honore exuti, inter pessimos quosq. & plebeios, habeantur. Nec sibi posthac de eo honore blādiantur, quo seipos indignos iudicauerunt. l. iudices. de dignit. libr. xij. C. Tu breuiter dic, remotum propter culpam ab officio, ad illud deinceps iure cōmuni aspirare nō posse. l. nullus. de palat. sacra. largitio. libro. xij. C. Sed ex gratia,
 14 † indulgētia, & dispensatione principis, qui omnia potest: dignitatem qua priuatus fuit, iudex reassumit. Nam & Petrus ipse post negatum Christum, apostolus

permansit. & Dauid post mortifera ac de testanda crimina, in honore suo perstitit. c. vt constitueretur. l. distinctio.

15 An autē ab officio depositus, † iure cōmuni aliud habere possit, difficultatis quoque non nihil habet. Et videtur sine distinctione eum non admittendū. l. si cui. §. hifdem. ff. de accusatio. Vulgò quippè dici solet, semel malum, semper præsumi malum. Quæ regula cum in eodem genere mali aut simili intelligatur, non etiā in dist. simili, defendunt Iacob. ab Are. Barto. & alij, officio vno priuatum, aliud dissimile habere posse. Quibus ipse video, manifestē legem nostrā repugnare, qua illud traditum videmus, eum qui in senatoris officio deliquit, atq. ideo senatu motus est, ab officio, et munere testis, prohiberi. Sed & alia lege postulare vetatur. l. eadem. §. j. ff. ad l. Iul. repetund. quæ munera, inter se longè lateq. differūt. Proinde putauerim
 16 † ipse remotum ab officio propter delictum, ad aliud etiā dissimile aspirare non posse. Quā sententiam euidenter probari puto, ex l. nullus. de palat. sacra. largitio. lib. xij. C. Quòd si propter negligentiam remotus esset, secus putarē, cum & si nōdum alius in eius locum successus esset, ad idem munus, & officium, anhelare non prohibeatur, vt Alber. post antiquos defendit, in l. si quos. C. de offic. præfec. prætor. orient. per l. quod si minor. §. Scauola. ff. de minorib. & l. fin. C. de repud. hæredi. Ioā. Coras. Tolosæ, die xvj. Apri. 1543.

L. SENATOREM.

- 1 Capitis diminutio quid.
- 2 Cap. diminutio triplex.
- 3 Capitis uerbo status.
- 4 Motus Senatu, in ciuitate non prohibetur morari.
- 5 Opinio noua.
- 6 Humanior sententia sequenda.



PRAEMITTE quoniam de capitis diminutione text. hic loquit, capitis diminutionē † aliud esse nihil, quā prioris status permutationē. l. j. ff. de cap. dimi. Cum autem hominis status, & conditio, in libertate, ciuitate, & familia vertat: instituta quoq. sunt tria † capitis diminutionis genera, quæ priorem hominis statū mutāt, quorū maxima capitis diminutio ea est, qua libertas, ciuitas, & familia amittitur: quod accidit in his qui serui pœnæ atrocitate sententiæ efficiuntur, vel liberis, vt ingratis circa patronos condēnatis, vel qui se ad præteritum participandum venūdari passi sunt, de qua Cicer. pro Cecinna disputat. Media

Petrus negato Christo mansit. Apostolus. Officio priuatus an ad aliud admittatur.

Caput statū 3 significat.

Serui caput non habent.

Motus Senatu an in ciuitate moreatur.

No. opinio.

No. opinio.

Capitis diminutio quid et quotuplex.

No. opinio. 12

Negligentia grauis.

Iudex semel remotus an ad officium redeat.

dia capitis diminutio est, cum ciuitas quide amittitur, libertas vero retinetur: quod accidit ei cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei qui in insulam deportatus est. Minima vero qua libertas, & ciuitas retinetur, mutatur tamen familia: veluti si filius a patre emancipatus fuerit, is capite minutus dicitur. l. si. ff. de cap. dimi. & tot. tit. de cap. di. in Inst. Capitis tamen porro verbo, iurisconsulti statum intelligi volunt. Proinde seruos iurisconsulti dicunt, non habere caput, nec minui capite, quia nullum statum habent, nec libertatem, nec ciuitatem, nec familiam. Sed ad textum ipsum veniamus in quo docet Modestus, eum senatorem qui senatu motus est, Romam nihilominus morari posse.

Caput statum 3 significat.

Serui caput non habent.

Motus Senatorum an in ciuitate morentur.

No. opinio. 5

PERMISERVIT) Potest tamen ergo ex duorum Veri & Antonini constitutione, remotus a senatu, Romam morari, quod non capite minuatur: nam quibus dignitas magis quam status permutatur, capite non minuuntur. Ideo, inquit Imperator a senatu motos, capite non minui constat. §. quibus. de cap. dim. in Inst. Hanc vera, inquit Accursius, si remotus est senator ex causa, quae infamiam non irrogaret: puta ob negligentiam, aut valetudinem, secus si ex causa turpi, aut ignominiosa, ut quia in officio deliquisset. Quam interpretationem Albericus non recipit, verius existimans, senatorem etiam iniuriose remotum, Romam morari posse. Et hoc loco singulare privilegium senatoris scribi. Quamquam, inquit ille, dici potest, hoc loco senatorem remotum fuisse, propter aduersam, aut longinquam corporis valetudinem, ut in l. si quos. C. de offic. praefec. prator. orient. Ego tamen vero neque Accursius, neque Albericus interpretationem probat: sed opinor senatorem a senatu remotum etiam ex causa turpi, & ignominiosa, Romam hoc est in eo territorio, seu ciuitate, in qua senator erat, morari posse. Neque sentio cum Alberico, ut hic ponatur speciale senatoris privilegium, idem enim in quocumque alio iudice puto, cum nullibi legimus, priuationem senatus, inferre priuationem ciuitatis: interpretatione autem legum poenas moliendas esse, non exasperandas notissimum est. l. interpretatione. ff. de poen. Et cum semper in dubiis, quod benignius est respondeamus, id tamen in causis poenalibus praesertim est obseruandum. l. factum. §. si. ff. de regul. iur. in quibus tamen natura monemur, id quod humanius est sequi, non item ea quae odiosum alioqui negotium exaggerarent, maioreque odio pre-

merent. Ioannes Corasius Tolosae, die xvij. Aprilis. 1543.

L. QVI INDIGNVS.

- 1 Maioribus non utitur qui minori caret.
- 2 Explicata dilucide l. nostra.
- 3 Accursius. ridicula interpretatio.



UPERIORE) Principum mandatis continetur, & naturalem habet intellectum, ut tamen non fruatur maioribus, qui minoribus caret. l. cui pacto. ff. de ser. export. unde si cui honore vno interdictum est, non tantum eum honorem petere non potest, verum nec eos quoque qui eo maiores sunt. Est enim perquam ridiculum, eum qui minoribus poenae causa prohibitus sit, ad maiores aspirare. l. relegatorum. §. potest. ff. de interdic. & releg. Qui textus tamen mihi plane videtur, legem nostram explicare, cum in formam regulae tradit, eum qui indignus est inferiore ordine, indigniorem esse superiore. Nam haec verba si cum superioribus legibus coniungantur, ita accipienda sunt, ut intelligantur de eo qui indignus est propter delictum, quia poenae causa minoribus honoribus prohibitus sit, ut in d. l. relegatorum. Nec possum tamen non ridere argumentum quod Accursius in regulam legis nostrae inuexit. Imperator, inquit, indignus est ut sit praeses, ergo indignior imperio. Nam ubi bone Deus scriptum offendit Accursius. Imper. indignum esse praesidis magistratum.

Minoribus carens maioribus non utitur.

Con. Accursius.

L. SENATORIS I.

- 1 Senatoria dignitas filijs prodest.
- 2 Filij senatoris qui.
- 3 Naturalis uerbo quis ueniat.
- 4 Adoptiuus, filius est.
- 5 Adoptiuus quibus hodie fruatur.
- 6 Primo natus ante regnum adeptum, an praeseratur.
- 7 Artaphernis iniquum iudicium.
- 8 Doctorum differentia improbata.
- 9 No. intellect. ad l. si senator.



VIA senatoria tamen dignitas non tantum prodest senatoribus ipsis, sed & eorum filijs, quo ad honores, originem, & alia plerumque munera. l. filij. §. senatores. ff. ad municipi. l. ij. §. in filijs. ff. de decurio. qui proprie filius tamen senatoris dici debeat, videndum est. Et hoc loco respondet Ulpianus, filium senatoris non eum modo accipiendum, qui naturalis est, & legitimus, verum adoptiuum quoque: nec interest in filio naturali & legitimo, an senator in senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an ante dignitatem senatoriam.

Filij prodest dignitas patris.

Naturalis uerbo quis ueniat.

NATURALIS est) Subaudi ex Accursius. &

3 & omnium sententia, & legitimus. Hinc colligentes quod ubi fit mentio de filio naturali simpliciter, intelligimus filium naturalem, & legitimum. Quocirca Alber. in quadam questione se obtinuisse refert: cum facta esset positio quod Titius filius erat Sēpronij, nec diceretur naturalis, & legitimus, id satis expressum videri. Quæ decisio verissima fuit, cum filium eum dicamus, qui ex iustis nuptiis, hoc est viro & uxore nascitur. l. filium. ff. de his qui sunt sui. neque filiorum verbo naturales quos natura non item honestas conjugij genuit, veniunt. l. generaliter. §. cum autē. C. de instit. Proinde si quis ponat, vel probet se filium, intelligitur posuisse aut probasse se legitimum, & naturalem. Caterum ad id responsum perperam induxit Alber. text. nostrum, qui melius sanè induceretur ad elegantiorē & nouam questionem, vt si quis poneret se filium naturalem, & se naturalem tantum probaret, satis esse: nam ex hoc legitimus quoque, probatus censeretur. Quod tamē verum non putarē, cum probationem necessariò concludere oporteat. l. non hoc. C. vnd. legit. l. neque natales. C. de probatio. non autē sequitur, sum filius naturalis, ergo legitimus. Sed vt amplius crediderim in testamentis, contractibus, & alijs hominum dispositionibus, verbo naturalis legitimus filius non venire. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. nisi ex precedentibus, aut sequentibus, vel subiecta materia, in diuersum vrgeremur. Nec quicquā nos mouerit textus noster, in quo vt aliās dicebā, ideo naturalis verbo eū qui ex iustis nuptiis natus est, intelligimus: quod de adoptiuo filio, & sic legitimo, mox loqueretur, ad cuius differentiā factis esse putauit Vlpia. hic, & in l. liberos. hoc tit. qualitatem naturalis exprimere, ne exprimēdo legitimum, facturum deinde verba de adoptiuo, viderēt negare adoptiuum legitimum, cum tamen adoptiuus sit is, qui propriè legitimus dici debet. Eadē quoque ratione, patris naturalis verbo, legitimum & naturalem intelligimus. l. cum in adoptiuis. C. de adop. Potest præterea dici, quod verius est, verbū naturalis à lege platū, naturalem, & legitimum semper significare. l. nepotes. cum sexcentis similibus. ff. de his qui sunt sui. quāquam si proferatur ab homine, sit diuersum. Cōmunis enim est apud omnes, hic communis vsus loquendi, vt naturalis verbo, spurium & illegitimè natum significemus.

Adoptiuus in filiorum numero.

4 ADOPTIVVM quoque) Adoptiuus fit in

numerum filiorum adscribuntur, vt quē admodum naturales, parentum dignitate perfruantur: vt hic & l. liberos. hoc tit. Vnde cum statutum diceret, quem posse filium subrogare, in consilio ciuitatis: & quidam non habens filium, Titium adoptasset, refert Alber. determinatum fuisse, Titium adoptiuum filium recte à patre substitui. Sed tunc Accurs. quærit an t hodie eadem dignitate fruetur adoptiuus filius qui ad extraneum patrem per adoptionem transfertur? Et respondet quod sic, licet enim in potestatem patris adoptantis extranei non transeat, iura tamē sui hæredis habet, quia patri adoptiuo ab intestato succedit. l. cum in adoptiuis. §. sed ne articulum. C. de adop. Subscribit huic sententiæ Alber. quia patris potestas non est causa dignitatis quærendæ: sed patris qualitas: quia scilicet pater est. l. emancipatum. hoc tit. Caterum ipse contrarium verius esse puto, cum filius adoptiuus non sit in potestate, seu familia patris extranei adoptantis. d. l. cum in adoptiuis, in prin. filius autē senatoris, tandiu intelligitur, quādiu in familia patris adoptantis manet. l. seq. & vbi nulla est patris adoptiuus potestas, nullum ex patria dignitate retinetur vestigium. l. in omni. ff. de adop. Nec nos mouet §. sed ne articulum. qui taxatiuè dicit filium adoptiuum ius sui hæredis habere, ad patris extranei tantummodo successionem. Non item obst. l. emancipatum. quæ loquitur in patre naturali & legitimo, cuius qualitas sine controuersia, potētior est quàm adoptiuus. §. si. de legit. agnat. tut. in Inst. AN ante) Præstat hic textus argumentum, ad veterem illam questionē. Legibus & moribus regni constitutum est, & indutum, vt primogenitus t regis succedat: si ante regnum adeptum rex filium susceperit, deinde post regiam dignitatem alium, vter horum mortuo patre rex erit? Et cū hic textus dicat non interesse, an filius in dignitate susceptus scit, an ante dignitatem, plerique nec iniuria responderūt, natum etiā ante adeptionem regni, præferendū. Quæ sententia apud nos verissima est, cum & leges eum censeāt filium decurionis, vt patria dignitate fruatur, qui antea natus est, quàm pater decurio fieret. l. moris. §. sed vtrum. ff. de pœn. l. ij. §. in filiis. ff. de decurio. nec tam superstitiosè considerent tempora natiuitatis filiorum, sed quādocumque genitos patrio honore velint honestari. l. cum adoptio. C. de aduocat. diuersi. iudicio. idque rationem manifestissimā habet, quoniam

Filiationis essentia manat à patre.

Artaphernis iniquum iudicium.

Error Doc.

Vera est uua opinio.

Absurda distinctio.

Natus ante regnum adeptum an præferatur.

Enucleati si senator.

Filiationis
essentia ma-
nat à patre.

Artaphernis 7
iniquum iu-
dicium.

Error Doc.

era et no
a opinio.

Absurda di-
stinctio. 8

Natus ante
ignum ade-
um an præ-
atur.

Enucleata l. 9
si senator.

quoniam filiationis essentia promanat ab ipsa patris substantia, non autem à qualitate patri coherenti: nec enim est qualitas quæ generat, sed ipsa substantia patris. Vnde quamquam Petrus primo natus ex Ioanne, non rege, tunc filius Ioannis dicitur, non regis: statim tamen cum Ioannes dignitatem regiam nactus erit, Petrus primogenitus regis rectè dicitur. Iniquus ergo iudex fuit Artaphernes qui Xersem Artobazani fratri natu maximo, regnū sibi ætatis priuilegio vèdicari, præposuit: fuerat quippe Artobazanes primus, quæ Darius pater licet tū priuatus, sustulerat, quam historiam lepidè narrat Iustin. lib. ij. Errant præterea & vehementer Accurs. Pet. Cyn. Bal. & reliqui in l. imperialis. §. illud. C. de nup. & Fulg. hic, existimantes, eum qui ex rege natus est, priusquam pater rex esset, regis filium dici nō posse. Sed præsertim in quæstione nostra, cum enim legibus regni vocetur primogenitus regis, mortuo patre, ad regni successionē, de statu primogeniti videtur cogitatū secū dum id tempus, quo de successionē tractatur. l. ij. §. interdū. ff. de suis & legit. l. si cū ancillæ. ff. de cōdit. & demonstr. eo autem tēpore, ille primogenitus regis reperitur. Hac porro ratione reuulsa est ratio, qua Accurs. & cæteri maximè nitentur: qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. j. de noxa. actio. Explodenda t̄ autem est scriptorum differētia, docentū natos ante patris dignitatem, non illustrari dignitate patria quo ad honores, sed tantū quo ad effugiēda odia, & viles pœnas. d. l. moris. §. sed vtrum. & d. l. ij. §. in filiis. hoc enim etsi plurimum coloris habet, confutatur tamē ex textu nostro, & d. l. cū aduocatio. Sed nec nobis negotium facit t̄ l. si senator. de dignit. libro xij. C. quæ non docet, quod Barto. & reliqui putant, sed potius contrarium: priuatos videlicet filios, senatoris, hoc est aditos ante susceptam à patre dignitatem, senatorio honore perfrui. Ex his deniq; constat, Francif. Cremens. perperam consuluisse, nā cū in Mediolanensi ducatu, progenies ducis succedat, & dux priusquam dux esset, aliquos genuisset filios, deinde post ducatum adeptum alios, natos post ducalem dignitatem anteponeudos respondit: sed iniquè vt iam ostēsum est. Ioannes Corasius Tolosæ, Tolosæ die xx. Aprilis. 1543.

L. SENATORIS. II.

1. Adoptione dignitas non amittitur.

2. Nouè explicata litera.
3. Naturalia iura difficulter tolluntur.
4. Nobilitas, popularitas.
5. Ciuis effectus monachus.



DIXIMVS in l. præcedenti senatoris filium accipiendū esse, non tantum eum qui naturalis est, verum adoptiuū quoq;. Id autem quo pacto intelligēdū sit, explicat hoc loco Iul. Pau. Obtinet, inq; quādiu filiū adoptiuū, in familia, hoc est in patris potestate manet. Nā si emancipatus sit, emancipatione filij nomē amittit: quāquā nō idē est in naturali patre senatore, à quo emancipatū quasi filiū senatoris, Vlpiano haberi placuit in l. emancipatū. hoc tit. Quid autē si senator filij suū in adoptionem det, ei qui inferioris dignitatis est, puta plebeior. Et respondet Paul⁹, quod cū senatoria dignitas t̄ p adoptionem etiā inferioris non minuat, nec amittat. l. p adoptionē. ff. de adop. quasi filius senatoris habebit. Sed videam⁹ qd ea verba finalia: non magis quā, vt cōsularis desinat esse, significēt. Obscurū est, & à ne mine declaratū: id autē vt intelligas, repete quod diximus in l. j. cōsulare eū esse, qui consul aliquādo fuit. l. iij. §. si. ff. de recept. arbit. Vult t̄ itaq; hic iuriscōsultus, quod sicut cōsularis esse non desinit, q ab inferiore puta plebeio adoptatus est: ita nec adoptatus ab eo qui est inferioris dignitatis, dignitatem senatoriā nequaquā perdit. AMITTIT) Hinc habes quod patria dignitas, quæ sita p adoptionem, finita patris adoptiuū potestate finitur. l. in omni. ff. de adop. secus est, vt dixi, in filio naturali, & legitimo, qui quæsitā dignitatem, emancipatione non perdit. l. emancipatū. hoc tit. differētiæ ratio est, quia iura t̄ quæ arte quadam consistunt, facilius soluntur, quā naturalia. §. si. de leg. agnat. tutel. in Inst. INFERIORIS dignitatis) Adoptatus senator, ab eo qui est inferioris dignitatis, vt à plebeio, non amittit senatoriam dignitatem: cū per adoptionē augeatur, non itē minuat dignitas. l. p adoptionem. ff. de adop. inducta enim ad augmentū, non debēt operari diminutionem. Quod præstat arg. inquit Fulg. in d. l. p adoptionem. vt si t̄ nobilis faciat se creari popularem, dignitas nobilitatis, non amittat: licet accrescat popularitas. Adde quod nec cognationē perdit is qui adoptatus est, vnde euenit, inquit Vlpianus in l. j. §. cognationem. ff. vnd. cog. vt tam in familia naturalis patris iura cognationis retineat, quā in familia adoptiua nanciscat: quāquā eorū dūtaxat

Adoptio nō
minuit digni-
tatem.

Exposita no-
uè finalia uer-
ba l. nostræ.

Naturale ius
nō facile tol-
litur.

Nobilitas, po-
pularitas.

in

in adoptiua familia cognationē acquirat, quibus sit agnatus: in naturali autē omnium retinebit. Sic nec in honoribus subeūdis, ac muneribus, suscipiendis, ius originis adoptione mutatur. l. ordine. §. si. ff. ad municipal. qui textus maximē suffragat sententiā Bar. in l. j. ff. ad municipi. tradentis ciuem ꝛ alicuius ciuitatis effectū monachū, non desinere esse ciuem. Ioan. Coras. Tolasas, Valentia die xxj. Aprilis. 1543.

Ciuis factus 5
monachus.

L. EMANCIPATVM.

1 Dictionis quasi natura.

2 Accurs. opinio defensa.

RESPONDET hic Vlpia. quod si senator filium suū emancipauerit, nihilominus emancipatus quasi filius senatoris habebitur: idemq; si post mortem patris senatoris natus sit. Diuersum tamē si filius posteaquā pater de senatu per ignominia motus est, & conceptus, & natus sit: ex Proculi enim & Pegasi sententia eum non esse senatoris filium, Vlpia. scribit. Habebat autē dubitationem primū nostrā constitutionis responsum, cum Iul. Paul. in l. preced. tradidisset, emancipatum filiū, emancipatione nomen filij amittere. Sed illic de filio adoptiuo iuriscōsultus loquitur, nos in naturali: cuius vinculum naturale est, & ideo potētius. Nec enim tā facile dissoluuntur, quæ natura, quàm quæ arte consistunt. §. fin. de legit. agnat. tut. At dixerit quispiā, cum doceat hic Vlpia. emancipatū esse, quasi senatoris filium, detrahit non parum de filiatio ne, & eius propria natura, quādoquidem ꝛ dicitio quasi, notet improprietatem & diminutionem. l. posthumorū, in princ. ff. de iniust. testa. l. ij. §. si. ff. de vsuf. ear. rer. quæ vsu cons. Tu dic dictionem quasi, hic veritatem exprimere, vt & alibi sapē. l. si institorem. ff. de reb. credit. l. si ante nuptias. ff. sol. mat. Et cum Ioā. Evangelista dicebat Ioān. j. Et vidimus gloriam eius, quasi vni geniti à patre. Quod breuiter alibi docens Bald. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. quādo, inquit, dicitio quasi profertur per modū causæ, est expressiua veritatis: quando verò per modum similitudinis, denotat improprietatē. Ad hæc quæritur, si pater post filij emancipationem, senator effectus est, an filius senatoris hic emancipatus habeatur. Quod Accurs. ex Ioann. sententia existimauit, cum dicat hic Vlpia. eum qui post mortem patris senatoris natus est, quasi senatoris filium esse. Bar. tamen & alij contra, per hanc eandem l. quæ tradit, conceptum & natum postea-

Quasi dicitio quando veritatem notet.

quàm pater de senatu motus est, filium senatoris non esse. At mihi ꝛ videtur hunc tex. nihil funditus facere contra Accurs. cū loquatur eo casu quo finita erat, & extincta omnino dignitas in patre, priusquā filius nasceretur: ideoq; filius, qui nunquam reperit patrem senatorem, filius senatoris dici nō potest, diuersum autē in specie nostra. Propterea mihi magis placet opinio Accurs. quā satis suadet l. senatoris. j. hoc tit. inspicitur etenim in dignitatibus coniunctio naturalis, non patria potestas, quæ non est causa dignitatis quæreda, sed paterina qualitas. d. l. senatoris. & hic.

Accurs. opinio defensa.

§. SI QVIS CONCEPTVS.

1 Conceptionis tempus spectandum.

2 Natiuitatis tempus quandoq; attenditur.

3 Explicata l. ex libera.

4 Matrimonium sequens, an legitimet incestuosos.

5 Spuriij an fruuntur honore paterno.

Qoniam diximus eum qui cōceptus est, & natus posteaquā pater de senatu motus est, senatoris filium non esse: hic quæritur, quid si conceptus sit antequam pater eius à senatu moueatur, natus autem post patris amissam dignitatē. Et respondit Vlpia. magis esse vt senatoris filius intelligatur, spectato tempore cōceptiōis. Hinc & illud vulgare colligitur: tempus ꝛ conceptionis spectandum. Vnde ex seruo & libera cōceptus, velut spurius habetur, & quāquam pater eius naturalis manumissus, & natalibus suis restitutus, decurionatus honorem adeptus fuerit, nō tamen ita conceptus decurionis filius habebitur, tempore conceptionis circa statū patris inspecto. l. ex libera. C. de suis & legit. Sic si nuru tua prægnante filium tuum emancipaueris, natus tamen nepos in tua potestate erit: spectato tempore cōceptionis, non item natiuitatis, quod si attendere mus, nasceretur in potestate patris, eiusdemq; filij tui emancipati. §. illud. qb. mod. ius patr. potest sol. in Inst. Intellige ꝛ sanē spectari tempus conceptionis, nisi cōmodius longē, & fauorabilibus esset filijs partus, seu natiuitatis, tempus inspicere. l. & seruorum. §. si. ff. de stat. hom. nā vt filiorum vtilitas exoptulat, vel cōceptionis, vel natiuitatis attendemus. l. nuper. §. si. C. de natur. lib. nisi matrimonium ab initio illicitū fuisset, vt quia filia in potestate constituta, sine patris consensu nupsisset: tunc enim ꝛ quia ex coitu lege ciuili reprobato, concepti essent, lex ciuilis noluit tempus cōceptionis spectari. l. Paul. ff. de stat. ho. quo sit vt d. l. ex libera. prædictis non obstat. Quam

Nuptie sequentes non legitimat incestuosos.

Conceptionis tempus quando spectari debeat.

Vno iure sublato alterum manet.

Explicata l. ex libera.

Quam in proposito, vt ingenuè dicam ab Accurf. & reliquis citari perperam video, quando quidem ibi non queratur, an tempus conceptionis potiusquam natiuitatis spectandum sit: sed an spurius, vt natus ex libera, & seruo, si seruus natalibus restitutus honorem adeptus sit, patria dignitate fruatur. Et illic respõsum est, quod nõ: nullum enim erat, neq; esse poterat inter liberam & seruum matrimonium. Vnde quanquam pater natalibus restitutus est, quod tamẽ antea nullũ omnino fuit, cõualescere nõ potuit: vt non immeritõ Bald. illic ex Cy. sententia tradiderit, matrimonium ¶ sequẽs nõ legitimare incestuosos, nec natos ex adulterio, cũ legitimatio desideret, quod ab initio matrimoniũ esse potuerit, licet nõ effet. Annotat præterea illic Bal. p. eũ textũ, spurios ¶ nõ participare de honore patris, atq; ideo nõ censerì de domo nobilitũ. Quod & cõsultũ fuisse refert, in causa spuriorũ de Petramala, vt non dicerentur de illa domo de Petramala: quã rem satis abunde q; tractant Barto. & reliqui in l. fi. C. de verbor. significat.

§. SI QVIS PATREM.

- 1 Sublato uno iure manet alterum.
- 2 Macula patris filio non nocet.
- 3 Exposita nouè l. diuo Marco.
- 4 Feudo an ex patris uassalli delicto filius priuetur
- 5 Cause duæ si concurrant utra spectetur.
- 6 Opinio communis improbata.
- 7 Declaratus §. eleganter.

Vno iure sublato alterum manet.

AD prædicta docet hic Vlpia. quod si quis patrẽ & auũ habuerit senatores, & quasi filius, & quasi nepos, senatoris, intelligitur: quod si pater amiserit dignitatẽ ante conceptionem, quãuis quasi senatoris filius non intelligatur, tamen quasi nepos habebit, vt auĩ potius ei dignitas proficit, quã obsit casus & calamitas patris.

1 Ex quo notabis, quod quando ¶ duo iura vni competunt, vno sublato alterum remanet. l. si domus. ff. de seruit. vrb. prædio. vbi si quis duplicem debeat seruitutem, alius non tollendũ, & stillicidij recipiendũ, eidemq; concessum sit, vt ædificia sua alius tollere possit: non tamẽ propterea fit præiudicium concedenti, in seruitute stillicidij immittendi. Nam cùm hæc duæ seruitutes separate sint, renuntiãdo vni, non censetur alteri renuntiare: ideo in vim retentæ habet ius prohibendũ. Qui textus, vt in curijs audiui, frequenter allegatur, quod si duas exceptiones proponens, vni renuntiat, non intelligitur propterea alteri

renuntiare: nisi sint ita cõnexa, vt nõ possint separari.

2 DIGNITAS proficit) Nepoti ¶ magis prodest aui dignitas, quã obsit casus, & macula patris. Et hunc dicit mirabilem Bart. quod macula patris nõ nocet filio, quominus ipse filius vt possit priuilegio, ac dignitate ex persona aui. Sed tunc obstat ¶ l. Diuo Marco. C. de quæstio. vbi eminentissimi & perfectissimi viri & eorũ liberi vsq; ad pronepotes, eo donantur priuilegio, ne plebeiorum pœnis, & quæstionibus subiiciantur. Si tamẽ, inquit Imp. prioris gradus liberos, per quos id priuilegiũ ad vltiorẽ gradũ trãscreditur, nulla violati pudoris macula aspergit. Discrutiantur hic & ibi Accurf. & reliqui innumris modis, hunc obicem dissoluentes, quorum nullus mea sententiã tollit difficultatẽ. Ego quoniã res ipsa non tantã exigit controuersiam, breuiter puto, maculam patris filio nõ nocere, quominus filius aui dignitate perfruatur, nisi patris macula esset violati pudoris: hoc est nisi pater spurius, aut alioqui illegitimus esset. l. ita nobis. C. ad l. Iuliam de adult. Ex eo itaq; descendẽtes neq; patris, neq; aui dignitate vtuntur. l. Paulus. l. lex naturæ. ff. de stat. hom. vsq; adeo leges, paternum vitium refrenãdum existimauerunt. l. fi. C. de natur. liber. Præstat autem hic tex. argumentum, vt si filius propter delictum, aut culpã suam debeat amittere feudum, nepos tamen ex persona sua feudum illud auitum retinere possit: neq; enim aspersa nota filio, liberis eius nocere debet. l. diui fratres. ff. de iure patro. l. iij. ff. de interdicitis & relegatis. & ita ratiocinantur hic Accurf. & alij. Sed & alibi generalius Accurf. docuit, si vassallus ¶ insidiatus fuerit domino, aut aliam feloniam commiserit, qua feudo priuari dignus sit, non tamen hoc filio vassalli nocebit, in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocã. quo tamen loco Angel. ex sententia Dyn. in d. l. iij. interpretatur verum esse, si feudum fuit auitum, vel aliorum superiorum, quæ enim non à patre habet filius, sed à genere, si pater deliquerit nihilominus manent filio incolumia. l. eum qui. ff. de interdicit. & releg. Quod si feudum sit paternum, hoc est initium & originem habuit in persona patris, tunc filius propter feloniam patris, feudum amittit. d. l. eum qui. quo loco Bartol. alia distinctione vitur ad quam quotidie recurri solet, à qua præterea, non multũ discrepat doctrina Saly. in l. ij. C. de liber. & eo. lib. Videndus etiã

Macula patris filio non nocet.

Enucleata l. Diuo Marco.

Nepos retinet feudum quod filius amiserat.

Accurf. opinio defensa.

Nuptie sequentes non legitimat incestuosos.

Conceptio- nis tempus quando spectari debeat.

applicata l. libera.

No. opinio.

Bal. in l. legexij. tab. C. de legit. haredi. & Curt. praeceptor in quinta parte tract. feu. ad quos omnes lectorem inanum verborum auidū, remittimus. Nos porrò in hac questione sentimus aliter, sed imprimis omnes admonitos esse volumus, hunc §. ad propositam ab Accur. & ceteris, quaestio nem nihil prorsus facere: siquidem loquamur hic de dignitate senatoria, qua si vn^o fruatur non propterea alij priuantur, quādo apud plures esse, & à pluribus capi possit, nempe filijs nepotibus & alijs descendentibus, quocirca si vnus totum non capit, nec alios capiendo priuat, consequens est (vt bellissimo Iacob. de Rauen. dicebat,) vt nec delinquendo. At in feudo nō sic est, cū in eo proximior alios excludat: idcircoq; excluso filio, qui est proximior, sequentes tutius diceremus non admitti. c. vni. si vasal. feu. priuet. cui defer. in Feudis. nisi quo casu ipsum feudum nunquam fuisset, quaesitum aut radicatum in personam filij, puta quia viuente patre, delictum commisit, tunc enim filius delinquens, nō propriè dicitur perdere, sed inhabilitari, ideo nepos succederet, cui non nocet fellonia patris, cui feudum nullo tempore quaesitum fuit. l. in seruitutem. §. si patroni filius. & l. quaritur. ff. de bo. libertor.

CASVS patris) Præter ea quæ hic à doctōribus scribuntur, hinc colligo limitationem, ad regulam quæ vult, quòd quando concurrūt duæ causæ, vna quæ prodest, altera quæ nocet, causam quæ nocet potius attendendam. l. si quis in graui. §. eleganter. ff. ad Syllania. & ibi Bart. offendi ita interpretari textum nostrum, vt hic nulla causarum noceat, sed vna proffit, altera non, ideoq; eam quæ prodest attendimus.

Quæ t sententia vera non est, cū hic loquatur de eo, qui & patrem & auum habuit Senatorem: traditq; Vlpia. vt si pater amiserit dignitatem ante conceptionem, quāuis quasi filius Senatoris non intelligatur: (sic vides causam que nocet, nam qui concipitur & nascitur posteaquam de senatu pater motus est, filius Senatoris non dicitur, vt hac l. in prin.) quasi nepos tamē intelligetur, vt aui, inquit Iurisconsultus, potius ei dignitas proffit, quā obsit casus patris. Ego nūquam subscripsi huic regulae doctorum, quin in ea semper fui sententia, causam quæ prodest spectandam magis. l. si vir vxori. ff. pro dona. l. iij. §. si quis palam. ff. de iur. fisc. & hic vt in partem benigniorem fiat interpretatio. c. estote. de

Causa nocēs 5 an spectāda

Cont. cōmu.

No. opinio.

7 verb. sig. Nec quicquam facit t §. eleganter. in quo non concurrebat causa aliqua quæ prodesset, cū causa quæ nocebat: sed erant duæ causæ, quarū altera oberat, altera verò non nocebat: causa quæ non nocebat erat impedimentum s. c. quo prohibetur hæres adire, ante quaestionem habitam de familia, quod non impedit transmissionem. Est alia causa quæ nocet, aliud videlicet impedimentum, quā senatusconsulti, ne hæres adeat, quia vxor occisi prægnans fuit, & hoc impedit trāsmisionem. Eo igitur casu, nocens causa tanquam specialior & principalior, nec iniuria attenditur. l. j. ff. de autho. tuto. Ioan. Corasius Tolosas, Valentia die xxij. April. 1545.

Explicatus §. eleganter.

L. F O E M I N A E.

- 1 Diuisio magistratum.
- 2 Clarissimatus dignitas.
- 3 Senatores clarissimi erant.
- 4 Vxor mariti claritate fulget.
- 5 Mira coniugum coniunctio.
- 6 Vxor sequitur maritum.
- 7 Regina quæ.
- 8 Ioannes Rex ab Anglis captus.
- 9 Comes Virtutum.
- 10 Consideratio Fulg. explosa.



D e uidentiam huius perobscurae legis præscire debes ab anti quis digestos t in hunc modum magistrat?: vt alij supremi & maiores, alij medi, alij minores essent. §. si. de non alie. coll. vj. §. illud. de appell. coll. iij. Inter reliquos autem ordines dignitatum, excellebat Clarissimatus, t quo illustrabatur principi continuò assidentes: & qm ad id muneris, non nisi qui consulatū aliquando gessissent, euocabantur: qui Clarissimi erant Cōsulares existimati sunt. l. ij. de domest. & protect. lib. xij. C. l. vnic. de equestri dig. Senatores t quoq; quos comites principis esse semp oportebat, Clarissimi dicebant. l. ij. §. si. C. de his qui ve. ata. impe. Nunc ad speciē tex. nostri veniamus. Et quoniam quo pacto dignitas de filio in patrē, aut de patre in filiū, nepotem ve trāsiret, superioribus legibus vidimus: hic tractaturus appositè Iurisconsultus, quo pacto t de marito in vxorem diffunderetur, tradit maritos tribuere, eam quam nati sunt dignitatem, vxoribus vsque adeò, vt etiam maritis mortuis, viduæ dignitatem defunctorū virorū retineāt, donec nubāt a lī inferioris gradus, quo casu dignitatem amittunt. Sed nunquid parentes filiabus clarissimam dignitatem tribuent? Et respōdet idem author, quòd si filia plebeijs nuptijs

Magistra tuū diuisio.

Clarissimatus dignitas.

Clarissimi

Enodatur l. nostra.

Coniunctio mira coniugum.

Vxor sequitur maritū.

Vidua fulget mortui mariti dignitate.

Ioannes Rex ab Anglis captus.

nuptijs fuerint copulatae, hoc est homini plebeio filia nupserit, clarissima non erit. Quod si virum sortita sit clarissimum, nomine clarissimarum habebitur: decet enim frui eas, & coniugis claritate, & vulgò dici solet, vxores coruscare radijs maritorum. §. hec itaq. de consul. col. iij. Quod ꝑ me sententia profluit, ex illa diuini & humani iuris communicatione, quae est inter coniuges, ob qua vxor socia diuinæ & humanae domus, nec iniuria dicitur. l. j. ff. de ritu nupt. l. aduersus. C. de crimi. expil. hered. quare & felicitatis, & infelicitatis alterius, alterum participem esse oportet. l. fi. C. de nup. Quid enim tam humanum est, quam vel prosperis, vel fortuitis casibus, mulieris maritum, vel vxorem viri participem esse. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matrim. ꝑ Vnde & forum mariti, domiciliumq. sequitur. l. cum quadam puella. ff. de iurisd. om. iud. l. exigere dotem. ff. de iudic. l. fi. §. item rescripserunt. ff. ad municip. nam & Augusti ait: Vnaquaq. mulier sequetur virum suum, siue in vita, siue in morte. c. vnaquaq. xij. q. ij. Eleganter itaq. ad haec Imp. in l. mulieres. de digni. lib. xij. C. Mulieres, inquit, honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virum, postea sortita sint, priore dignitate priuate, posterioris mariti sequentur conditionem. Sed & vidua defuncti mariti domicilium, & dignitatem retinet: vt hic, & l. filij. §. j. ff. ad municip. Idq. vt puto, in honore, & gratiam bene transacti matrimonij: vnde ꝑ vxor regis, inquit Alber. etiam rege mortuo, regina dicitur. Quod si vidua parum castè, & turpiter viuat, vt amplius habeat castitas luxuria, defuncti mariti dignitatem non habebit. §. fi. de restit. & ea quae parit in xj. mense. coll. iij. Caterum si priore viro defuncto, alteri nupserit, posteriori sequetur mulier conditionem: vt hic, et d. l. mulieres. & d. l. filij. §. j. quocirca & in sepultura vltimi mariti, sepelienda est mulier. c. is qui. §. j. de sepul. in vj.

7

DONEC plebeis nuptijs) Hic nota, quod pater dignitatem tribuit filiae, etiam nuptae homini inferioris dignitatis, modo is plebeius non sit. Quare, inquit Fulgos. si filia potentissimi & illustrissimi Regis nostri, nuberet Duci, vel Comiti, non amitteret nomen filiae regis: secus autem si nuberet plebeio. Vnde refert idem doctor, se aliàs audiuisse, cum inclytus Francorum Rex, Ioannes ꝑ ab Anglis captus fuisset, & vt

redimeretur indigeret pecunia, ipsum decreuisse dare nuptui filiam suam, filio domini Galeatij Vicecomitis: at cum is dignitatem non haberet, ne filia dignitatem illam regiam perderet, creatus fuit a rege Comes Virtutum: quod ipse tam absolute verum ꝑ non puto, sed existimo mulieres, quae sese in matrimonium dederunt, honore maritorum perfrui, non item parentum dignitatem retinere: cum contractis nuptijs, in vxore solam mariti qualitatem spectemus. l. exigere dotem. ff. de iud. l. fi. §. item rescripserunt. ff. ad municip. l. mulieres. de digni. lib. xij. C. quod & haec lex probat, vt nostrae sententiae contradicat tantum abest. Et quod fecit serenissimus Rex Francorum Ioannes, creando Comitem Virtutum filium dom. Galeatij, non fecit quem admodum opinatur Fulgos. vt filia nomen filiae regis conseruaret, sed vt virum sortiretur eius dignitatis, quae stirpi regiae responderet. Ioann. Corasius Tolosae, die xxv. Aprilis. 1543.

L. FILIAM.

- 1 Nuptiae inter Senatorium & libertum uetite.
- 2 Matrimonium inter impares.
- 3 Nuptias solus consensus facit.
- 4 Ratio dubitandi.
- 5 Declarata l. ij. ff. de don. int. uir. & uxo.
- 6 Luxuria non plus habet castitate.
- 7 Patris crimen quando filio noceat.
- 8 Enormitas delicti.
- 9 Dyonisij Syracusani historia.
- 10 Poena diuina an filij afficiantur.
- 11 Amonites, Moabites.

SCIENDVM inter ꝑ filiam Senatoris, et libertam, nuptias esse non posse: vt nec inter Senatorem ipsum, eius filios, & libertam. l. oratione. & l. lege Papia. ff. de ritu nuptia. nisi filia Senatoris corpore quastum fecisset, vel artem ludicram exerceret: nec enim honor seruandus est ei, qui se in tantum scelus deduxit. l. Senatoris. ff. de ritu nuptiar. Sed & id olim apud veteres Romanos religiosè obseruatum est, ne ꝑ inter impares honestate, aut etiam dignitate personas, matrimonium esset: quod non temerè inductum esse puto, siquidem vt Ouidius in epistol. Deianirae ad Herculem inquit.

Quam malè inaequales ueniunt ad aratra iuueni,
Tam premitur magno coniuge nupta uiro.

Et cum matrimonium Deus Opt. Max. Gen. ij. institueret: Non est bonum (dixit) hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sui. non ad effigiei modo similitudinem, sed &

Comes Virtutum.
Contra Fulgos.

Nuptiae cum liberta senatori prohibita.

Paritas inter coniuges.

Coniunctio 5
mira coniugum.

Vxor sequitur 6
maritum.

Vidua 7
sequitur mortui
mariti dignitate.

Ioannes Rex 8
ab Anglis captus.

applicatus
elegant.

Magistra
diuina.

Clarissima
dignitas.

Clarissimi

Enodatur l.
nostra.

cōditionis, qualitatisq; vt verisimile est, se referens, sed ad rem ipsam, iure nouissimo nulla dignitas prohibet, cum liberta, aut liberto nuptias cōtrahi, modò nuptialia cōficiantur instrumenta. §. si quis autem. vt liber. decet. aur. non indig. anul. coll. vj. aut hē. sed nouo iure. C. de nup. Ceterum iure pontificio, quo nos hodie vtimur, inter quascunq; personas, matrimonium consistit: † eo quippe iure ad nuptias solus cōtrahentium consensus desideratur. c. cūm locum. c. cūm apud. de sponsal. Vult itaq; hoc loco Papinian. quòd si filia Senatoris, de facto, cūm de iure non possit, nuptias cum liberto contraxerit, deinde propter delictum, pater senatu motus sit: non tamen casus hic patris, inutiles antea contractas nuptias confirmabit: nam quæsita dignitas liberis, propter crimē patris auferenda non est. Quod & alibi idem Papinianus repetit in l. generali. §. fina. ff. de ritu nuptiarum.

Consensus so 3
lus matrimo
nium facit.

Ratio dubit. 4

Dubitandi autem ratio † ad hoc responsum erat, quia actus peruenit ad eum casum, à quo poterat incipere: poterat quippe filia cum liberto matrimonium contrahere, si non habuisset patrem senatorem. Hanc difficultatem Accurs. mouet, sed nō tollit. Tu nega rem peruenisse ad eum casum, à quo potuisset incipere matrimonium. Licet etenim pater sit à senatu eieci⁹, & remotus: filij tamen antea nati, vel etiam cōcepti tantum, filij senatoris intelliguntur. l. emancipatum. §. si quis conceptus. hoc ti. NON facit vxorem) Et ita hinc habes, filiam senatoris nubentē liberto, non amittere senatoriam dignitatem. Ratio, quia non tenuit matrimonium: non autem solet præstare impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. l. si dari stipuler. ff. de verborum obliga. c. congregato. de election. Qua ratione facile dissoluitur nodus legis præcedentis, qua traditum est, filiam senatoris, plebeio nubendo, dignitatem amittere, nam hoc ideo quia matrimonium tenuit: vnde ex mariti persona, qualitatē vtriusq; spectamus. l. exigere dotē. ff. de iud. l. mulieres. de digni. li. xij. C. Sed prædictis obstat † l. iij. §. j. ff. de don. int. virum & vxor. vbi filia Senatoris libertino contra s. c. nupsit, atq; ideo matrimonium non tenuit. Respondet tamē Vlp. donationem inter huiusmodi coniuges ratam non esse, p̄inde atq; si inter eos legitima essent nuptiæ, ne melior sit conditio eorum, qui deliquerunt. Præterea si filia Senatoris nubendo liberto, cum quo legitima nuptiæ

Declarata §
liij. §. j. ff. de
don. int. uir.
& uxo.

non sunt, dignitatem non amittit & nubendo plebeio, cum quo matrimonium consistit, eam perdit, plus habet castitate luxuria, contra §. si. de restit. & ea quæ parit in vndec. men. col. iij. Hæc non omnino dissoluta facilia ita tolli debent, vt d. l. iij. §. j. diuersum casum contineat, videlicet cūm agitur de iure quærendo, ex donatione post contractum de facto matrimonium, à filia Senatoris cum liberto, hic verò agimus de iure iam filia quæsito, per paternā dignitatem tollendo: cōstat autem legem prohibitiuam potentius operari, ad impedimētum actus nascituri, quàm ad destructionem & remotionem producti. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui. l. tutor. ff. de spons. Quod autem subiecimus † nō plus habere castitate luxuriam, sanctissimè receptum est, ne delinquentium cōditio melior sit. l. Seruius. ff. quod vi aut clam. c. eū qui. de præb. in vj. Sed nec in specie nostra dici potest, castitatem minus habere luxuria: quando quidem filia nubendo liberto, non propterea dicatur impudicè, & turpiter facere, tamen contra leges agat. Illud tamen verum non nego, filiam quæ inhonestè viuuit, non ideo Senatoriam amittere dignitatem. l. si qua illustri. C. ad Orficia. nisi corpore suo quæstum faceret. l. Senatoris. ff. de ritu nupt.

AVFERENDA non est) Hinc collige casum, calamitatem, † & delictum patris, filio non nocere. Adde l. adoptiuum. §. patronū. ff. de in ius vocā. l. diui fratres. ff. de iur. patr. l. j. §. qui filium. l. iij. §. si emancipatus. ff. de bon. pos. contra tab. l. qui cū maior. §. si. de bon. lib. Et crimen paternum, inquit Calistratus, vel pœna paterna, nullam maculā filio instigare potest. l. crimē. ff. de pœn. Et scriptum est: Filius non portabit iniquitatem patris. Ezech. xvij. c. Iudæi. j. q. iij. Neq; ex alterius etiam patris facto, quispiam est damnificandus. l. pater familias. ff. de hæred. inst. l. trāsactione. C. de transf. l. iij. §. fin. ff. de iure iur. præterquā † certis casibus. Primus propter enormitatem delicti, puta læsæ maiestatis diuinæ, aut etiā humanæ. auth. Gazaros. C. de hæret. l. q̄squis. §. filij. C. ad le. Iul. maie. c. statutum. de hæret. in vj. Vnde cū Dyonisius † Syracusan⁹ multa sacrilegia cōmisisset, nec debita supplicia exsoluisset, pœnas filius repēdit, quas viū⁹ pater effugerat. author est Val. Max. li. j. de neglecta religione. Hui⁹ casus rationē scribit Dy. in c. sine culpa. de reg. iur. in vj. Quia sunt (inqt) filij de genere improbato: vnde est præsumptio contra

Luxuria nō
plus habet
castitate.

Filius an ex
patris delicto
puniat
tur.

Enormitas
delicti.

Dyonisius sy
racusanus.

Pœna diu
an filius aff
ciat.

Maritus c
uzoris adu
terium pun
tur.

Armonite
Morbite.

Liberorum
appellatio
qui contin
tur.

contra eos continuationis paterni criminis. d. §. filij. & l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de edil. edic. Alter casus quo patris delictum filio obest, cum dominus prohibuit testamentum mutare, in quo seruus suus haeres erat institutus: praedicitur namque liberis proprijs, si eis testamento aliquid relictum erat. l. iij. §. j. ff. si quis aliq. testa. prohib. Porro poena et diuina filium ex patris delicto puniri, Accursus in §. j. in auth. ut omnes obed. iud. prouin. coll. v. per illum text. tradidit: argumentum quoque sumens ex loco illo, in sacris literis. Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Nec nouum est, ut spiritali poena, alter pro altero puniatur: cum propter vxoris adulterium, maritus ad ministerium ecclesiasticum, non admittatur. c. si cuius. xxxiiij. dist. Quod intelligo si post adulterium commissum, vxorem (cum qua nec cibum sumere debet. c. placuit. xxxiiij. q. ij.) sciēter cognouerit. Glos. in c. ij. de big. Potest praeterea, propter delictum vnus principis, terra eius subijci interdico. c. nobis. de sponsa. Non igitur mirum, si filius parentum poenas quandoque luat: nam Ammonites, et Moabites, etiam post decimam generationem, prohibentur intrare ecclesiam, quia noluerunt occurrere, cum pane & aqua filijs Israel, egressis de Aegypto. Deuter. xxiij. & c. cito turpe. §. q. j. Haec autem in poena aeterna non obtinent, qua nunquam alius pro alio puniatur: sed anima quae peccauerit ipsa morietur. c. iam itaq. j. q. iij. Quinimo nec pro peccato patris, filius, aut pro peccato mariti, vxor, excommunicari potest. c. si habes. xxxiiij. q. iij. Ioann. Coras. Tolosae, die xxvij. Aprilis. 1 5 4 3.

Poena diuina an filius afficiat.

Maritus ob vxoris adulterium puniatur.

Ammonites, Moabites.

L. LIBEROS.

- 1 Liberorum uerbo qui ueniant.
- 2 Filiorum appellatione qui.
- 3 Enodatus §. instituens. l. Gallus.
- 4 Statutum foeminas excludens.
- 5 Patris et filij dura separatio.
- 6 Noua declaratio.
- 7 Explicata noue l. quod si nepotes.
- 8 Priuilegium alicui et filijs concessum.
- 9 Noua limitatio.
- 10 Prohibitio alienationis ad quos extendatur.
- 11 Matris condit. cur in statu sequimur.
- 12 Delictum patris an noceat bastardis.

Liberorum appellatione qui continetur.

VERVM ETIAM omnes) Hinc nora liberorum uerbo, et descendentes omnes contineri: idem exemplo l. xij. tab. quae primam successionis causam liberorum esse uoluit, & de

omnibus descendentes intelligebat. l. liberorum. ff. de uerb. sig. Eodem sensu haec dictione in edictis suis praetores accipi uoluerunt: ut cum liberos patroni, prohibere in ius sine uenia uocari. l. quicq. litigandi. §. j. ff. de in ius uoc. descendentes etiam ultra trinepotem intellexerunt. l. sed si hac. §. si. ff. illo tit. quod & ad filios plerique exiunt. l. senatusconsulto. ff. de ritu nupt. in quibus tamen maius dubium est: neque enim filiorum et appellatio, uti liberorum, nepotes continere uidetur. l. ij. §. hoc autem. ff. de excus. tutor. l. filium. ff. ad Macedo. aliter enim, ut Ulpian. ait, filij, aliter nepotes appellantur. l. quod si nepotes. ff. de testate. ideoque de filio facta institutio, ad nepotem non porrigitur. l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth. qua in re sexcenta sunt aduersantia iura, quae, ut Bart. & alij componerent, quatuor casus separauerunt. Nam aut a disponente filij honorantur, aut grauantur, aut de filijs alterius respectu disponitur, aut non in dispositione sed conditione ponuntur. Primo casu cum actus fauorem filiorum respiciat, pro regula docentes tradiderunt, filiorum appellatione, nepotes comprehendunt. l. Lucius, in fi. ff. de haer. edib. instit. Quare si qui testatur filios, & ex defuncto filio nepotem habens, filios instituat, nepotem etiam instituisse uidebitur, alioqui testamentum praeteritione rumpe retur. l. posth. §. sed si filius. ff. de iniust. testa. Commodissimum autem est id accipi, quo actus sustineatur. l. quoties. ff. de reb. dub. Quod autem et ex §. instituens dicebamus, ut de filio facta institutio, ad nepotem non trahatur, nihil est: siquidem in ea. l. Scauola non loquatur cum filij simpliciter, sed cum certi & nominati instituitur, quo casu est qui nesciat nemo, dispositionem personam nominatam non egredi, cum, ut uulgò traditum est, limitata dispositio limitatum effectum pariat. l. in agris. ff. de acq. rer. do. Et hunc primum casum, ad legem municipalem doctores trahunt, ut si dicat: et extantibus filijs masculis, foeminas non succedere, quauis non extant filij, si modo ex defunctis filijs extant nepotes, foeminae excludentur: nam quod in fauorem filiorum inducitur fuit, consequens est, ut ad nepotes trahatur. l. in qbus. C. de sec. nup. l. diuo Marco. C. de quaest. & si in locum deficientis filij, ius nepotum substitueret. §. cum filius. de haer. quae ab intest. uerisimile est, in iuribus quae filio competitura erant, nepotem substituisse. l. j. §. haec actio. ff. si quis test. lib. esse ius. fuerit. Denique haec decisio, ut lac. Aren. dicebat,

Filiorum uerbo quae ueniant.

Intellectus ad §. instituens.

Statutum foeminarum excludens.

rationem habet inuincibile: nam cum statutum foeminas excluserit, ut agnatorum salua sit dignitas, agnatio autem per solos masculos conseruetur. §. ceterum. de leg. ag. succ. In inst. patet ex identitate rationis, nepotes admitti. Neque dixeris cum Bar. hanc rationem non esse in statuto expressam, nam cum ea sola afferri valeat, ex ea nos argumentari posse, iuris est receptissimi. Accurf. in l. quamuis. C. de fideic. At dices, si vera est haec regula, cur si dati tutores filiis fuerint, nepotes non continentur. l. quod si nepotes. ff. de test. tute. §. si. qui test. tu. dar. pos. in Inst. cum tutorum datio, filiorum commodum respiciat. Bart. & alij speciale esse dicunt, tamen enim ex filiorum persona quibus tutores datur, fauor sit: ex parte tamen tutorum, onus est. Praeterea non multum damni infertur nepotibus, si tutores illis dati non intelligantur: cessante quippe testamento viget adhuc legis & iudicis auctoritas, qua eisdem de tutore providebitur. In sequenti vero specie, cum filij grauantur, quonia merum filiorum odium sapit haec dispositio: ab omnibus nec iniuria receptum est, nepotes filiorum verbo non venire. Quocirca si filios pater exheredauerit, nepotes exheredes non erunt: neque enim, inquit Iul. Paul. exheredationes adiuuanda sunt. l. cum qda. ff. de libe. & posth. Et lex Iulia quae prohibet ne senator eam uxorem ducat, cuius pater, mater uel, artem ludicram exercuerit: ad nepotes non porrigitur. l. lege Iulia. §. j. ff. de rit. nupt. Et quamquam etiam lege a diuo Augusto lata, patri ius occidendi adulterum, simul cum filia quam in potestate habet, concedat: hanc tamen necis potestatem, Pomp. & Vlpia. ad nepotes protrahi noluerunt. l. patri. & l. sic eueniet. ff. ad l. Iul. de adulte. Et licet presbyterorum filij, a sacris monasterijs ex Urbani secundi constitutione, repellantur: non tamen nepotes. c. presbyterorum. l. vj. dist. Neque obstat quod Caius Senatusconsulto quo cautum est, ne tutor pupillam vel sibi vel filio suo, nuptui collocaret, nepotem etiam significari dixit. l. senatusconsulto. ff. de rit. nupt. nam non principaliter, ut Doctores aiunt, ea constitutio odiosa est. In tertia specie cum de filiis alterius respectu disponitur, constat nepotes non venire, nisi dura faciunda esset separatio: ut si praedictum cum villico, & concubernali eius, & filijs legatum fuerit: quo casu nepotes ex filiis continebuntur, cum non sit verisimile, testatorem a patribus suis uoluisse filios separari. l. liberorum. ff. de verb. signi. l. uxorem. §.

concupinae. ff. de lega. iij. In vltima specie, cum filij in conditione adijciuntur: siquidem conditio illa fauorem & commodum filiorum respiciat, nepotes etiam ex ijs que paulo ante diximus contineri constat. Quamobrem lex, quae matri ius vendicandorum bonorum negat, si filijs tutores non petierit. l. Diuus. ff. qui pet. tut. matri quoque tutores non petenti, nepotibus denegat. l. ij. §. si mater. versi. quod si penitusegenis. ff. ad Tertulia. Alioqui cum conditiones in forma specifica impleri debeant. l. Mauius. & l. qui haeredi. ff. de condit. & demon. verbo filiorum, nepotes non comprehenderentur. Haec sunt quae in proposita quaestione, ab alijs traduntur: quibus textus permulti, & rationes inexpugnabiles obstant, quae singula percensere longissimum fuerit. Quocirca satis esse mihi putabo, si quid in ea re sentiam, breuiter exponam. Ego tamen ab Heren. Modest. sententia nunquam recedendum putauit, qui hoc discriminis inter liberorum, & filiorum verbum esse docuit: ut tamen liberorum appellatione, descendentes omnes contineantur: filiorum tamen appellatio, eorum personam non egrediatur. l. ij. §. non solum. ff. de excus. tut. Cui sententiae Vlpia. subscribens, quaerit: si quis filijs suis tutores dederit, nepotibus etiam dedisse videatur. Et refert, ut si liberis dederit, nepotibus quoque dati intelligantur: quod si filijs, nepotes non contineantur. Aliter enim filij (inquit) aliter nepotes appellantur. l. quod si nepotes. ff. de testament. tute. Ijs fit ut scriptores perperam docere putem, factam de filijs institutionem, ad nepotem ex defuncto filio extendi: nam si hoc verum esset, vanum dubio procul, & superfluum esset Galli Aquilij consilium, quo consultum est, ne nepotes praeteriti possent rumpere testamentum, ut instituto filio, deinde nepos institueretur. Dicendum igitur sine distinctione, ut filiorum appellatione, siue in ijs quae filiorum fauorem, siue damnum respiciunt, quicquid doctores dicant nepotes non contineri. Quod intelligo, cum filiorum verbum a lege profertur. l. sed si milites. §. j. ff. de excusatio. tutor. Hinc lex Iulia quae Senatori prohibet, ne uxorem ducat, eam cuius pater artem ludicram fecerit, non videtur vetare, si non pater, sed auus, artem eam exercuit: quoniam quo magis ille gradu distat, eo minus descendentes, artis infamia afficit. Et quauis deprehensam in adulterio filiam, pater occidere possit: non tamen neptem: cum

Tutor datus
filijs non uideatur
datus nepoti.

Odia restringenda.

Declarata l. Senatusconsulto.

Mater non petens tutorem.

No. opinio.

Comunis opinio improbat.

Exposita non uel l. quod si nepotes.

Elegans Baldi traditio.

Argum. de feudo ad emphyteusim.

cum non tam ad aui dedecus, adultera turpitudine, sicut ad patrem sanguine magis confunctum pertineat. Quod si omnino tantum rationis esset in nepote, secus diceremus, ut cum Caius maiorum rescriptum tutori, prohibens, pupillam suam uxorem ducere, aut filio suo matrimonio adiungere, ad nepotem extendit: propterea quod eam fraudem, in nepotibus vereretur quam maiores in filiis timuerunt. Caterum si testantis dispositio, & ad filios iam natos refertur, idem dicimus, naturali quadam ratione: quod tunc affectionem, aut rationem aliquam singularem, ad illos habuisse videatur, & ideo de eis duntaxat mentionem fecerit, quoniam ad nepotes minime trahatur. d. l. quod si nepotes. quam ita prostratis vulgaribus fabulis, periculo meo interpretaberis. † Hinc Accurs. annotasse cooperimus in §. nos igitur. de rest. fideicom. coll. ix. si testator filius honorum alienationem interdixit, nepotes vetitos non esse, secus fortasse vel ex Bart. mente dicendum, si nepos solitus erat, ab auro, ut filius tractari. in l. alimenta. ff. de aliment. & cibariis. leg. Vel nisi ad id nos probabilis aliqua legis coniectura cogat, ut in specie d. l. liberorum. & d. §. concubinae. iurisconsulti responderunt, qui ne dura fieret patris & filii separatio, constituerunt, legato villico cum filiis, nepotes quoque contineri. Quod si de filiis nascituris, testator loqueretur, & ita in futurum euentum, dispositionem conferret, filiorum verbo nepotes contineri crederem: quoniam tunc non maiorem ad filios quos nondum nouerat, quam ad nepotes affectionem habuisse videatur, sed eos tantum qui superessent, siue filios siue nepotes natura fecisset, vocare volebat, ut docet & acute Ioan. Imol. in d. l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth. exposuit. hys consequens est, ut Bal. bene locutum defendamus, cum in c. quae in ecclesiarum. col. vj. de constit. docuit, ut qui filios non habens, beneficium pro se & filiis suis accepit, de nepotibus & in infinitum descendentes intellexisse videatur. Licet & ex eo hac decisio non sine colore controuerti possit, quod per manus traditum est, emphyteusim & feudum eiusdem esse conditionis, & naturae: ideo de vno ad alterum nos recte argumentari, Specul. in tit. de feud. §. quoniam. versi. xl. Alex. consi. xliij. vol. iij. At qui concessa alicui pro se, & filiis suis emphyteusi, nepotes non includi, Salyce. & recentiores responderunt in l. ij. C. de iur. emphy. Verum ipse tam separatam a feudo

emphyteusim semper putauit, ut de illo ad hanc ratiocinari, & arguere non tutum possumus: quod & idem Saly. firmat in l. j. col. iij. C. de iur. emphy. Adde quod neque illa Saly. & posteriorum decisio, defendi potest, ut liquet ex praedictis: ex quibus quae illi in medium afferunt vel facile confutantur. VEL ex liberis) Liberatorum verbo, tametsi descendentes omnes continentur. l. liberorum. ff. de verb. sig. putauit tamen hic Accurs. concessum alicui privilegium, † & eius liberis, ultra pronepotes non extendi. l. Diuo Marco. C. de quaestio. quem Barto. & ceteri sequuntur. Tu confirma, quia cum privilegium sit contra legem, stricte est interpretandum. l. si quando. C. de inoffi. testa. Ego tamen noue limitem nisi verba privilegii, tam lata essent, ut sine absurditate non possent constringi: veluti si concessisset princeps privilegium, Titio & omnibus liberis ex eo descendentes, aut liberis suis in infinitum. Et ita ego ex facto Tolosa consultus respondi. Nam quando privilegii verba, plena & ampla sunt, non stricte sed latissime sunt interpretanda. Bar. in c. olim. de verb. sig. Angel. Perus. & nouiores in l. si. ff. de const. prin. Adducebam praeterea simile ex doctrina Bar. in §. j. de restitutio. fideicom. coll. ix. docentis, quod licet facta † prohibitio de non alienando, addita causa, ut in familia res remaneat, non egrediatur quartum gradum. d. §. j. si tamen testator causam in prohibitionem adiecit, quia vult rem transire ad omnes descendentes: tunc quia nomen descendentes, in infinitum extenditur. l. si. C. de suis & legit. §. j. de haered. ab intest. venien. coll. ix. producet huiusmodi prohibitio, etiam ultra quartum gradum. Amplectitur eam doctrinam Alexand. consi. lvj. vol. j. CONDITIONEM) Ex hoc text. euidenter fit, descendentes ex filia senatoris, & sic per lineam foemininam, non censerentur ex liberis senatorum: sed quales sint spectanda patris eorum conditionem. Accurs. opponit, quod imo attendenda sit conditio matris. l. partum. C. de rei vendic. Et breuiter soluit, ut quantum † ad honores, & dignitates, patris: quantum vero ad statum, matris conditionem filius sequatur. Sed hic perscrutari nos oportet, cur sit quod cum iuuent. Celsus dixerit, ubi legitima nuptiae factae sunt patrem liberos sequi. l. cum legitima. ff. de stat. hom. quod tamen ad statum pertinet, dicamus filium matris conditionem sequi. Tu dicid constitutum in gratiam partus, cui mater tribus temporibus

Exposita non
ue l. quod si
nepotes.

Elegas Bal.
traditio.

Argum. de
feudo ad em-
phyteusim.

Extensio an
fiat ultra pronepotes.

Privilegium
quando largi-
ge interpret.

Liberi quan-
do patris uel
matris condi-
tionem sequantur.

Dissolutio
uer.

prodesse potest, cōceptionis videlicet, natiuitatis, & medio tempore: sufficit quippe partui, liberam fuisse matrem eo tempore quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et ē contrario, si libera conceperit, deinde serua facta pariat, nascetur tamen ingenuus. Quin & si ancilla pregnās manumissa est, deinde ancilla postea facta peperit, inde tamen editum placuit liberum nasci, & sufficere ei qui in ventre est, liberam matrem vel medio tempore habuisse. l. & seruorū. §. ingenui. ff. de stat. hom. §. penul. de inge. in Inst. Quare mirū non est, si quo ad statum matris cōditionem partum sequi lex voluerit: hoc etenim maximè gratiosum, & fauorabile est partui. Planè cum de patre loquimur, iustum patrem intelligēdū, ex Octaueno Iul. Paul. tradidit. l. lege Iulia. §. j. ff. de rit. nuptia. ideo quod dicimus regulare esse, vt sequatur filius patris conditionē: in patre iusto & legitimo recipiendum est. l. verba. C. ad l. Iul. de adulter. Vnde cum hac sit lex naturæ, vt qui nascitur ex illegitimis nuptiis, matrē sequatur. d. l. cū legitimæ. & l. lex naturæ. ff. de stat. hom. filius naturalis tantum, etiam quo ad honores, matris conditione fulgebit, vt nō improbabiler dici possit, quod licet filij hæreticorum, lege Pontificia vsq; ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium, vel etiam publicum officium, admitti possint. c. ij. §. hæretici. & c. statutum de hæret. in vj. licet item filij reorū læsæ maiestatis principis, ad nullos prorsus honores admittantur. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. hæc tamē in filijs naturalibus & legitimis, recipienda sunt, non etiam in spuris, & illegitimè natis, qui patris conditionem minimè tenent. In qua sentētia Alber. hic esse videtur, cum tamē in. d. l. quisquis. ex sententia Thomæ de Fromaginis doctoris Bononiē. contrarium & melius defendat. Cuius illic opinio & vera, & cōmunis est: quia si filij nō odibiles legibus puniuntur, castè & legitimè nati: multo magis filij spurij, & quicūq; ex non iustis nuptiis nati, ne absurdum alioqui dicamus, plus habere castitate luxuriam. §. si. de re. fit. & ea quæ par. Præterea in naturalibus tantum, eadem est vel potius maior ratio, quia originem trahunt à sanguine & genere improbato, quare idem ius statuēdum: et appellatio filij, † tametsi cōstitutio odio sa sit, debet etiā naturalem cōprehendere. l. libertinum. C. de interdic. matrimonio.

Ioannes Corasius Tolosæ, die vltima Aprilis. 1543.

Filij hæreticorum.

Filij uerb. in odiosis quædog: ad naturales extensiditur.

L. SENATORES.

- 1 Senator an desinat esse ciuis.
- 2 An mutet uel adiciat domicilium.
- 3 Realia munera à quouis agnoscuntur.
- 4 Sordida munera.
- 5 Domicilium in diuersis locis.
- 6 Scachorum uetus quæstio.
- 7 Opinio elegans & uera.



SENATORES) Tradit hic Iul. Paul. eum qui adeptus † est senatoriam dignitatem, retinere originem. Vnde & si in vrbe domicilium habeat, tamen & ibi vnde oriundus est, domicilium habere intelligitur. Senatoria siquidem dignitas, domicilij adiectionem dedisse potius, quàm permutasse videtur. Hoc autē ne existimes damnosum Senatori, quantū ad honores, accipiendū est: nam quod ad munera pertinet, desinit municeps esse. l. municeps. ff. ad municipal. idēq; speciali priuilegio concessum est Senatoribus. Nam in reliquis, ius originis in honoribus subeundis, ac muneribus suscipiendis, non temerè mutatur. l. ordine. §. si. ff. ad municip.

INTELLIGUNTUR) Annotabis hinc quod propter senatoriā † dignitatem, queritur nouum domicilium, & non mutatur originale, sed aliud adijcitur: vt magis auctus honor, quàm conditio mutata videatur. l. falsa. §. j. ff. de condit. & demonstrat. Intellige, vt modo dixi, quantum ad honores, non quātum ad munera, quorū respectu municeps desinit esse. l. municeps. ff. ad municip. De muneribus personalibus loquor, nam à muneribus realibus, † senatores non excusantur: vnde in propria patria, seu in loco originis retinebit domicilium, & originem, quantū ad honores dignitates & munera realia. Accurf. in l. prohis. de naufrag. lib. xj. C. munera enim que patrimonij publicæ utilitatis gratia indicuntur, ab omnibus subeunda sunt. l. ij. de mune. patri. lib. x. C. nisi ea munera sordida, † & extraordinaria essent, à qbus senatorum bona, libera sunt & exempta. l. senatorum. de dignit. lib. xj. C. l. maximarum. de excuf. muner. lib. x.

DOMICILII adiectionem) Potest † ergo quis in duobus locis, habere domicilium: quod & iurisprudētibus placuisse Vlpia. refert, si tamē ubiq; ita se instruxerit, vt nō ideo minus apud alteros se collocasse videatur. l. assumptio. §. pen. ff. ad municip. iure quoq; pontificio, id receptū est. ca. dilectus. ij. de rescrip. c. cū quis. de sepult. in vj. Addūt Canonistæ, quod licet Abbas, Monachus

Senator non mutat domicilium.

Scachorum ludus.

Opinio ue. 7 rissima.

Munera que senator subcat.

Monachorū domicilium.

Monachorū
domicilium.

Monachus, aut alius religiosus, non possit habere domicilium, nisi in claustro vbi residet. Inno. in c. ex ore. de priuileg. tamē clericus secularis, potest habere domiciliū in diuersis locis: licet principale sit illic, vbi habet beneficium requirēs residentia. Panor. in c. postulasti. col. ij. de for. cōpet. QVAM permutasse) Inducitur hic tex. ad quæstionem, si cum luderemus † ad Scachos, promiserim tibi dare scachū matum (sic enim loquendum est,) cum pedite, & peditem effecerim dominā, cum qua tibi matū dederim: videor promissis paruisse: hoc est dedisse matū, cum pedite, cum per augmentum dignitatis non mutetur conditio, vt hic & l. falsa. §. j. ff. de condit. & de monstr. & satis appellari pedes adhuc possit licet sit regina, vt & cura, tutela appellatur quod aliquando tutela fuerit. l. ij. C. de susp. tut. Bononiæ tamē iudicatum esse refert Ioan. And. in addit. ad Spec. titu. de iud. deleg. §. constat. quod si quis promiserit dare scachum matum, cum certa pedona, sub certa demonstratione, eiusdē dicitur fecisse quod promissit: siue sit facta regina, siue non. Si verò simpliciter cum pedite sub nomine appellatio, & tūc secus. In qua sententia fuerunt Panor. in c. quoniam abbas. col. penult. de offic. deleg. & Fulgos. hic. Ego † verò sine distinctione semper existimaui, eum qui promissit cum pedite dare matum, non videri pollicitis stetisse, si cum pedite effecta regina dederit. Qui enim nouo priuilegio vitur, non videtur in eadem causa esse. l. qui autem. ff. si quis cautio. Præterea accidens dignitatis, omnino mutat naturā eius: idē vel ex eo constat, quod aliter incedat pedona, & aliter regina. l. j. §. bestias. ff. de postul. in quam sententiam ante nos concessit Iacob. ab Are. Quia, inquit, quādo pedona regina effecta est, fit mutatio de officio, ad artificium, desinitq; pedes virtutem peditis habere, quia vbi pedes suapte natura rectā vadit, & tardo passu progreditur, nunc regina effecta artificiosè hinc, & illinc rectā & per transuersum, tardo velociq; cursu incedit. Vnde cum hoc reginae artificium, præpotentius sit, officium peditis cōfundit, & extinguit. l. legatis seruis. §. si ex officio. ff. de leg. iij. vbi legatis seruis, sub officij nomine, respectu eorum qui ex officio ad artificium trāsierunt, legatū extinguitur. Quam opinionem veram esse, vel hac ratione semper mihi confirmaui, quod qui cōminatur se daturum scachū matum cum pedite, hoc in aduersarij con-

Scachorum 6
ludus.

Opinio uca 7
risima.

Munera que
senator sub
cat.

temptum faciat, eius floccifaciens ingeniu. Non ergo, vt ad sensum naturalē patet, satisfecisse videbitur, si cum regina etiam quæ aliquando pedona fuit, matum dederit: quod probè dijudicaturi sunt, qui hunc ludum probè nouerint. Adde quod qui transit de ordine, ad ordinem, non est iudicandus secundum ordinem à quo, sed secundum ordinem ad quem trāsit. l. cum ex oratione. §. si. vbi Bald. ff. de excus. tut. Ioan. Coras. Tolosæ, die ij. Maij. 1543.

L. NVPTAE.

- 1 Vidua defuncti uiri condit. sequitur.
- 2 Nisi inferiori nubat.
- 3 Rescripta contra ius quando respuenda.
- 4 Intellect. l. Rescripta.



VIDIMVS in l. foeminae, viduam † quæ prius nupta fuit maioris dignitatis viro, defuncti mariti dignitatem retinere, nisi alteri minoris † dignitatis postea nupserit: quo casu posterioris viri sequitur cōditionem. l. filij. §. j. ff. ad municipal. l. mulieres de incol. lib. x. C. Id hoc loco Vlpia. limitat, nisi à principe mulier impetrauerit, vt tamen inferioris dignitatis viro nupserit, nihilominus defuncti mariti honore fruatur: vt in ijs aliquādo contingit, quæ nupta prius consulari, à principe quauis perrarò impetrare solent, vt nupta iterū minoris dignitatis viro nihilominus in consulari maneāt honore. Quod & Mammeæ consobrinae suæ, Antoninum Augustum Vlpia. indulgisse refert. Hoc autem si impetratū à principe fuerit, non existimet quispiam, à iudicibus refutandum, ex regula quæ præcipit rescripta † contra ius impetrata, à iudicibus refutari. l. rescripta. C. de precib. imp. offerend. l. si. C. si contra ius. nam ea obtinet, si sint rescripta alteri damnosa: quādo quidem in alterius iniuriam aliquid rescribere non sit de mente principis. l. impuberi. ff. de administ. tutor. l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publ. l. nec auus. C. de emancip. liberor. Caterū si aliquid rescribat princeps, quod nō lædat alium, & pro sit petenti, vt in specie l. nostra, tamen contra ius elicited sit rescriptum, eidē tamē iudicē parere oportet. † d. l. rescripta. Ioan. Coras. Tolosæ, die iij. Maij. 1543.

§. SENATORES.

- 1 Senatores triplicis ordinis.
- 2 Patrij.
- 3 Pedarij.
- 4 Conscripti.
- 5 Accurs. deliramentum.
- 6 Patritiatu dignitas.

Honoribus
pluribus or
natus secun
dum quē iu
dicitur.

Vidua si ite
rum nubat.

Rescripta
contra ius
quando re
spuenda.

Carolus

- 7 Carolus Magnus Patritius.
- 8 Pares Francia.
- 9 Illustres viri.
- 10 Libertini allecti in senatum.
- 11 Alciat. sensus improbat.
- 12 Novus intellect.

Senatores triplices, Patritij.

Pedarij. 3

S. C. per discessionem.

Conscripti. 4

Accurs. fo= 5 unium.

Sciendum est quod & alibi docuimus, Senatores triplices, Patritij, alij Pedarij, alij Conscripti. Patritij & nobiles erant Romani, qui a primis centum patribus, a Romulo creatis, orti fuerunt. Liu. Cum iam (inquit) virium non poeniteret, consilium deinde viribus parat, centum creat senatores: siue quia is numerus satis erat, siue quia soli centum erant, qui creati patres possent. Patres certe ab honore, Patritijque progenies eorum appellati. Hec ille de Romulo loquens. Pedarij & senatores dicti sunt, quod non voce suffragarentur, sed pedibus in aliorum sententias irent. Quod praesertim eveniebat, cum de re modici momenti Senatusconsultum habebatur: tunc enim singulorum suffragia non rogabantur, sed dicta expositaque a nonnullis, & ijs paucis sententia, alij exurgebant, ad eius locum sese transferentes, cuius sententiae se conformabant, tumque Senatusconsultum per discessionem fieri dicebatur. Per rogationem autem, cum rogabatur unusquisque sententiam quam verbis efferebat. M. Varro Equites quosdam esse ait, quibus amplioribus magistratibus functis, nondum tamen a Censoribus in senatores lectis, non esset ius dicendae in senatu sententiae. Cum tamen in senatum venire liceret, sed quas sententias principes dixerant, in eas descendebant. & Conscripti & vero dicti sunt, quasi ascripti & allecti in senatorum ordinem: nam cum a principio senatores tantum centum essent, quo tempore patres ob honorem dicti sunt, adactus est postea senatorum numerus, ut aliquando trecenti crearentur. Unde qui a principe patres, dicti erant postea ascriptis, in eum ordinem pluribus, patres conscripti vocati sunt: longaque est a vero, quod Accurs. in s. filiusfa. quib. mod. ius pat. potest. sol. & scriptores nostri passim docent, Patres conscriptos ideo dictos esse, quod haberent nomina scripta in diadematis. Plane cum textus noster patritiorum meminit, non ad illos patritios quorum iam meminimus referendum est, sed ad summam illam patritiatum & dignitatem, alia quacumque maiorem, antiquitati tamen incognitam, cuius Iustitia, non immemor fuit in l. j. & ij. de conf. & non sparg. ab his pecun. lib. xij. C. & in s.

sed ex constitutione. quibus mod. ius pat. potest sol. in Inst. Caterum eius apud antiquos scriptores, nulla profus fit mentio, nisi quod Suidas Bud. hic refert, suprema illa dignitate ornatu, patrem Reipub. communem fortasse dixit. Ego & alicubi legi, verum locus memoria excidit, hac suprema patritiatum dignitate, Carolum Magnum Imperatorem, & Gallorum regem cum in auxilium ecclesiae Romanae Romam venisset, donatum fuisse ab Adriano Papa. Eo honore insignitos hodie plerique putant, Patritios Francia, quos Pares & Francia dicimus numero duodecim, sex quidem Pontifices, & sex duces militares, quasi duodecim viri Reipublicae constituendae.

Pracognoscendum postremo, qui sint consulares, & illustres viri, quorum Vlpia. hic meminit. Consulares qui sint prodidimus, in l. j. super hoc tit. nunc qui sint illustres & accipe. Romae olim non passim quicumque, in senatorum ordinem cooptabantur, sed hi tantummodo qui nobilissima familia aditi. Patritia nempe, aut consulari, aut qui amplioribus perfuncti honoribus & magistratibus erant, hii a Censoribus in senatorum gregem adsciti, Illustres dicebantur: quod, ut opinor, vel antiqua familia, vel excellenti virtute, fulgerent & illustrarentur.

ACCIPiENDUM est) Hunc locum copiose iuxta ac erudite, interpretatur And. Alciat. ornamentum nostri seculi lib. Dispositio. iij. cap. iij. ut velit Vlpia. eos tantum descendentes senatoriam dignitatem habere, qui a Patritijs, & consularibus descendunt, quasi dicat quod si aliquis Equestris & vel plebeij ordinis, principis beneficio in senatum allectus esset, ad habendum ius senatorium non transferebat. Tres autem civium ordines apud Romanos fuisse, senatorium, equestrem, & plebeium, lippis etiam notum esse puto. Verum hic Alciati & sensus non mihi placet, ut qui non satis conveniat Vlpiani verbis, quae haec sunt: Senatores accipiendum est eos esse, qui a patritijs, & consularibus, usque ad omnes viros illustres descendunt: quia & hi soli, in senatu sententiam dicere possunt. Haec ultima verba non insubtiliter expensa, cuique manifestum facient Alciat. sensum non consistere. Neque enim alicubi legimus, ut si ex Equestri ordine ad senatorium transitus fieret, (ut olim fiebat: seminarium enim senatorum Alexand. Imp. dicebat, Equestrem locum esse) non posset ita in senatum lectus sententiam dicere: nec hoc a Romanis ita constitutum verisimile est, cum

Carolus Magnus.

Verus sensus huius.

Pares Francia xij.

Illustres viri.

Veri senatores.

Alciat. sensus improbat.

Equestris ord. seminarium senatorum.

cum & libertinos in senatum à Cōmodo Anton. allectos sententiā dixisse, Aelius Lamprid. author sit. Et cuicumq; senatori tria iussa fuisse, tradit Cicer. de legibus, vt adsit, nam grauitatem res habet quando frequens ordo est, vt loco dicat, id est rogatus. vt modo, ne sit infinitus. Alio itaq; sensu, † declarāda esse Vlpiani verba putauerim, vt scilicet velit Iuriscōsultus, que supra de senatoribus dicta sunt, non de omnibus accipienda esse qui absidebant, quicq; in senatum venire poterant. Ex ijs enim pleriq; erant qui dictionem sententię, vocalem in senatu non habebant: hoc est qui de eo quod in consultationem positum erat, suffragium voce non ferebant, sed in sententijs, quas principes dixerant, pedibus ibant. De quibus existimandum non est, superioribus legibus verba facta esse, sed de ijs qui verē senatores sunt, omni ex parte munus senatoris exercētes: quales sunt Patritij, Consulares, & alij illustres, ac spectatę virtutis viri, qui vel ex antiqua Patritiorum, Cōsularium, ve familia, vel ex Equestri ordine, vel præclara, & admirāda quadam virtute refulgentes, Censorum decreto, in senatorum gregem adoptati sunt. Etenim ij duntaxat propriē senatores dici possunt, cum proprio senatorum officio fungantur: de negotio quocumq; in consultationem positum, non pedibus, sed clara voce suffragium ferentes.

SENTENTIAM dicere) Ineptit & infantiliter Accurs. in horum verborum expositione, dum ait, id est recitando. Cum sententiā dicere non aliud sit, quàm de negotio in senatus consultationem positum, quid quisq; sentiat proferre, et explicare. Quod non poterant Pedarij senatores, vt non semel exposuimus. Sed nec Equites illi quorum Varro meminit, qui amplioribus magistratibus functi in senatum venire poterant: at quòd nondum à Censoribus in senatores lecti essent, ius dicendę sententię non habebant, sed in sententijs quas primores dixerant, pedibus descendebant. Quę omnia nota: nec enim ea sic declarata ab alijs offēdes. Laus Christo Optimo Maximo. Ioannes Corasius, Tolosę die vj. Maij, Anno Domini quingentesimo quadragesimo tertio supra millesimum.

ABSOLVTVM EST HOC opus Excellentissimi I. V. Doctoris Ioannis Corasij Tolosatis, Iuris professoribus perquam vtile ac necessarium, Lugduni, sumptibus honesti viri Vincentij à Portonarijs: typis verò fidelissimi Calcographi Ioannis Pullo ni, Anno à Christo nato

1546.

Accursiane
ineptie.

Verus sensus
huius s.

Veri senatores.

Carolus Magnus.

Pares Francie xij.

Illustres viri.

Alciat. sensus improbat.

Equestris ord. seminarium senatorum.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

7